



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Capvt XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](#)

**P**la. Qui regnum eripit Imperatori, & qui vnius oboli portio eum defraudat, iniuriam infert, non tamen vniusque peccatum est magnum, sed maximum in-

vasoris, & tyranni, nec tamen portio fraudantis nullum, sed paruum.

## CAPUT XI.

**B**T factum est, cum consenseret Iesu, pr. eccl. duodecim discipulis suis transiit inde ut doceret, & predicaret in ciuitatis eorum. 2. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis. 3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectemus? 4. Et respondens Iesu ait illis: Euntes renunciate Ioanni quae audiistis, & vidistis. 5. Cacivident, & claudi ambulani, leprosi mundantur surdi audiunt, mortui resurgent pauperes euangelizantur. 6. & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. 7. Illis autem abeuntibus, caput Iesu dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre: arundinem vento agitatam? 8. Sed quid existis videre: hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. 9. Sed quid existis videre prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. 11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno celorum, maior est illo. 12. A diebus autem Ioannis Baptista usq. nunc, regnum celorum vim patitur, & violenti rapunt illud. 13. Omnes enim Prophetae, & lex usq. ad Ioannem prophetauerunt. 14. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. 15. Qui habet aures audiendi, audiat. 16. Cui autem similem estimabo generationem istam: Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coagulibus, 17. dicunt: Cecinimus vobis, & non sicut astis: lamentantibus, & non planxit. 18. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Daemonium habet. 19. Verum tamen dico vobis, Tyro, & Sidoni remissus erit in die iudicij, quam vobis. 23. Et in Capernaum nunquid usq. in cælum exaltaverit: usq. in infernum descendens, quia si in Sodoma facta fuissent virtutes, qua facta sunt in te, forte mansissent usq. in hanc diem. 24. Verum tamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissus erit in die iudicij, quam tibi. 25. In illo tempore respondens Iesu dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cali & terra, quia abscondisti hæc sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. 26. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. 27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 29. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia misericordia sum, & humilis corde: & innocuit requiem animabus vestrum. 30. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.

Luc. 7. c. 18.  
Isa. 35. a. 5. &c.  
61. a. 1.  
Luc. 7. c. 14.

Mal. 3. a. b. i.  
Marc. 1. a. 2.  
Luc. 7. d. 17  
Mal. 4. b. 5.

Luc. 10. d. 13

Ioan. 6. c.

46. & 7. d.

28. & 8. b.

19. & 10. c.

15.  
Ier. 6. d. 16.

I. lob. 5. a. 2

## IN CAPUT V N D E C I M U M

ARGUMENTVM.

**V**M ab impio Rege vir sanctissimus Ioannes in vincula coniectus esset, eaque causa populus, & eius discipuli micerent, misit ille ex carcere, & ex Domino querit; An ille sit promissus in lige Messias? Christus multa miracula faciens, facto, quis sit, ostendit. Deinde turbis Ioannem à vita austeritate, sanctitate, constanza: officio, commendat; maiorem omnibus de muliere natis asserit, adeoque Eliam esse. Deinde duris & incredulis exprobrates, quod nec Ioanni, nec sibi crediderint: damnationemque prædictit. Denique fideles, & Ioannis captiuitate tristes consolatur, confitens Patri hæc abscondita à sapientibus & parvulis reuelata: sibi omnia à Patre tradita, omnes ad se inuitat, iugum suum esse suave, & onus leue. Continet itaque hoc caput Epitaphium Ioannis Baptista, quo Deus ostendere voluit, quantum ab humano iudicio discrepet sententia numinis sui, iudicat Ioannem habere dæmonium calumniabantur, Herodes ut molestem caput, Herodias ut inimicum persequitur; denique velut caput vile pacanda meretriculæ occiditur; & coniugal præcepto in ludibrium. Syrus initio habet, Ad oblationem amputationis capitidis Ioachanon, à versu 16. ad 25. secunda feria tertia septimanæ ieiunii. Inde ad finem ad vesperum Dominica 2. post Epiphaniam. quam vocat δανηχα, hoc est, Orientem seu oratum.

## VERSUS

VERVS. S. 1.  
Et factum est, cum consummasset Ies-  
sus, pricipiens duodecim discipu-  
lis suis, transiit inde ut doceret, &  
prædicaret in ciuitatibus eorum.

QVÆSTIO I.  
Quid egit Dominus dimissis Apostolis?

*¶* §. 1. Postquam consummasset pricipiens transiit  
inde Agrippa est constitutio sine consilio,  
sive præcepti, qua formati sunt Apostoli, nā  
i. Cor. 11. 34. est disponere, imperare, formare. Contine-  
net vero omnia præcepta, quæ supra memorauimus.

Docere &  
predicare: §. 2. Transiit vero ut doceret ut prædicta et di-  
ctio-  
ne*rum* & iuris*rum*, hoc est, & priuatim & publicè regnū  
Dei annunciare, quo munere nullum est in Ecclesia  
maiis, magis*que* necessarium.

Quod ait, docuisse in ciuitatibus eorum, non  
apparet manifeste quo referendum sit. Quidam ad id  
quod proxime ante cessit, referendum putant; Euthy-  
Hugo, tempore*rum* in ciuitatibus Apostolorum, hoc est,  
Galilee*rum*. Plerique enim ex Galilee*rum* oriundierant. Act. 2.  
7. Alii ad remotum, tempore*rum* Israe*litas*, nam id aliquando  
vnu venit, vt Psal. 89. 8. & 4. Reg. 17. 24. ita Maldo-  
natus noster. Verum plurim sententia ad proximum  
referr. Quanquam non video cur non omnes Iude*ae*  
ciuitates appellari possint, Ciuitates Apostolorum,  
quia genus eiusdem erant. ita sane Pilatus Ioan. 18.  
35. vocat Iudeos gentem Christi. Gens tua & Pontifices  
tradiderunt te mihi.

VERVS. 2.  
Ioannes autem cum audisset in vin-  
culis opera Christi, mittens duos de  
discipulis suis.

QVÆSTIO I.  
Vbi Ioannes in vinculis?

*In vinculis* §. 1. Piscator reprehendit interpretem nostrum,  
esse est esse  
in carcere. quod dixit in vinculis, est enim Græc*ē* δέσμος  
in carcere, & Syriac*ē*, domo vinclorum, portuit au-  
tem esse ex decu*mē* εἰ εἰ non εἰ deponit, non in vin-  
culis.

Verum nodum in scirpo querit. Latinè dicimus  
esse in vinculis, qui sunt in carcere, & Græc*ē* δέσμοι,  
qui i*nter* decu*mē* εἰ. et si enim numellis & compedibus  
vincit non sunt, nec robusto inclusi, hoc ipso tamen  
vinci*ti* discuntur, quod exitus denegatur. Vincit enim  
ostium & partes, non medo*rum*. Vincula escoria  
vocat Plautus, sic vincula amicitia. ita non propriè  
semper est vincere, sed prohibere, impedit. ut vero  
impeditur sine pedicis, ita quo*q*; vincimur sine vin-  
culis. Certe Henricus Stephanus interpretatur δέσμος in  
vinculis, vel carcere*rum* conici. An Ioannes etiam pedi-  
cis vincitus fuerit ignoro*rum*, verisimile tam*en* ab Iosepho,  
& consuetudine, & crudelitate Herodis, odio  
adulteri*rum*.

*Sui imme-  
mor, disci-  
pulos curat.* §. 2. Egregium omnibus martyribus exemplum,  
non mittit ad Herodem, vel mortem deprecatur,  
vel carcere*rum* qualorem, sed ad Christum, ut discipulo*rum*  
salutem procure*re*. Vita sua prodigus, Ecclesia  
curam gerit.

§. 3. De carcere Ioannis, meminit Iosephus lib.  
Antiq. c. 7. Apud Iudeos autem, inquit, sicut opinio, iustifi-  
catione Numinis delectum Herodis exercitum, propter Ioannem,  
qui Baptista cognominatus est. Hunc enim tetrarcha necau-  
virum optimum, Iudeos exiit antem ad virtutum studia, &  
primis pietatis ac iustitia, simulq*ue* ad baptismi laetacrum: quod  
ita demum Deogramum aiebat fore, si non ab uno tantum ali-  
roue peccato ablinate*re*, sed animis per iustitiam prius mundati  
addam & puritatem corporis. Quumq*ue* magni concursu ad  
eum fierent, plebeis talis doctrina audi*re*; Herodes veritatem, ne tan-  
ta hominis autoritas deflectionem aliquam pareret, quod riden-  
tur nihil non factur ex eius consilio, iudicavit, siue se-  
prius, quam noui*que* aliquid exoriretur, illum tollere, quam re-  
turbatis, seram penitentiam agere, itaq*ue* vindictum miseri*um* in  
Macharuntem supra dictam, illic occidi imperat, quod factum  
sequitur a Iudeorum execracione, ab irato Deo perditum*rum*  
Herodis exercitum.

§. 4. Discipulorum Ioannis nonnulli Christo ad  
hacebant, alii emulabantur, vt Ioan. i. v. 40. & i. v. 26, prou-  
Matth. 9. 14. Ea causa ipse Ioannes sollici*us* aeg*re*, vt eos lega*re*  
ad Ch*ristum* maturemittat. Nam opera eius quotidie  
captiuo referebant. Mitit ista*que* duos maximis negotiis  
Legatos, discipulos suos, seu vi Syrus, per manum disci-  
pulorum, eorum scilicet qui audientes opera te*re*ceperant  
mirabantur. Erasmus reprehendit nostrum verten-  
te opera, Beza probat, at ille in Epistolis Pauli & ordinari*e* vertit opera, no*n* facta: sui igitur vel hic vel illi op-  
eribus fuit. Equidem contemno nimium Grammati-  
cos, dum noua quærentes bona negligant, & per-  
ficiant Graci*rum*, vi*n* nos opus. Opus rutificare dicimus, &  
ill pa*re* i*mp*ro*mi*de*re*, & Hom. od. & ep*o*vocat*re*, & i*mp*ro*mi*de*re*, opus*re* gratum, sic ep*o*v*er*em*z*ed*re*, opus*re* facere*re*  
percurtere.

VERVS. 3.

Ait illi: Tu es qui venturus es, an a-  
lium expectamus?

QVÆSTIO I.

*Cur & quid querit?*  
§. 1. Iulianus & Tertullianus lib. 4. contra Marcio*rum*,  
nem dubitasse Ioannem existimat, alii præse-  
tulisse quasi dubitaret. Vera sententia, nec plenum du-  
bitasse, nec dubitationem simulasse. Sed discipulis  
quibusdam dubitantibus, quod Christum viderent, à  
Ioannis austeriorate longè abesse, & Pharisæi vehe-  
menter obfisterent, legatione consuluisse. Mortuus  
ergo fuos Domino commendauit. Non enim recelle-  
rat ab eo Spiritus Dei in Christum, vt putauit Tertul-  
lianus, non enim modo Spiritum Prophetie, sed sim-  
iliter quo*q*; perdidisset, qui in fide dubitasset. Nece*s*  
constantia laude, qua eum Christus exultat, dignus  
fuerit.

§. 2. Qui de morte Christi & ad inferos descendit,  
cum dubitasse arbitrii sunt, minus recte senserunt.  
Fuere non pauci, vt Ambros. in Luc. 7. Euseb. in  
hom. Iulianus Pomerius. lib. 3. contra Iudeos, & Yan-  
nianus in expositione Symboli. Ioannes enim vt catæ  
Prophetæ, & fideles ex Scripturâ de morte Messias fa-  
tis instruti erant. Hoc ipsum Ioannes indicauit, cum  
dixit, esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi, allu-  
dens ad Isa*iae* vaticinium, quo dicitur tanquam ouis  
ducendus ad macerationem.

§. 3. Tora igitur legatio discipulorum causa insti-  
tuta est; illis enim dubitantibus, & Ioanni i*mp*epide*re*. Lega-  
tionibus commisit legationem, vt alieno nomine si*quid*  
denter interrogare*re*. Non dubitabat enim Christum  
daturum talia ligna veritatis, qualia non posse*re* esse  
falsitatis*rum*. Ita Cyrilius. Alex. l. 2. c. 4. thesauri Chrys*ost*  
loco.

locu. Theophyl. Rupertus, & recentiores plerique. Discipuli enim Ioannis partim amore magistri sui, partim ob Christi vitæ vulgacis contemptum, precipue vero Pharisæorum calumnias inducti dubitare coperunt. Pharisæi enim et si Ioanni infensi erant, paucos tamen odio erant Christo infecti, tum quod eius miracula inuidiam concitarent, tum quod Ioannem iam in vinculis constitutum non multum obscurum suis vitiis cupidi acibusq; nefarii sperarent.

§. 4. Noster, qui venturus est, Græcè ἐπέρχομαι, veniens. Sed illud omnibus temporibus accommodatum est. Sic & Syricum בָּאֵת בְּאֵת, venit. Non de quo libet venturo, aut veniente loquitur, sed de eo, quem Prophæta prædixerunt.

§. 5. Venturus autem ille Deus est Isa. 35. 6. & 61. 1. que cum de se Christus interpetetur, consequitur Deum esse. Epipheton erat, seu cognomentum Messias, qui venturus est, Isa. 35. Hag. 2. Quin & Apoc. 4. 11. venturus dicitur, ad iudicium scilicet. Gen. 4. 8. dicitur qui vindicatur, de quo suo loco.

## VERSUS 4.5.

*Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes euangelizantur.*

## QUESTIO I.

*Quid renunciari Ioanni iubet?*

§. 1. **Q**uæ audiunt & vident, anserit καὶ οὐδὲν εἶπεν. Syrus etiam præsenti vtrum, quæ cœlis audientes, & videntes.

Opéra enim quæ Isaías 35. 5. & 61. 1. Messia tribuit, iam videris à me fieri. Ea aude, & vide, ut dubitatio tollatur. In ipsa autem horâ, Luc. 7. 21. Multos curauit à longinquo & spiritibus malis, & multis oculis donauit visum. Illud ver. 5. vident in Græco est ἀναβλέπεται, quod multa vident, iterum vident. Verum idem est quod βλέπει sursum aspicere, non autem visum recipere, ut Piscator ipse docet, id est que immerito nostrum interpretem reprehendunt, qui sic conuertit.

## QUESTIO II.

*Quomodo pauperibus euangelizatur?*

**P**auperes euangelizantur, Euthym. & Theophyl. autem interpretantur, quia pauperes euangelizabant. Obiiciunt alii, non esse miraculum, quod pauperes sint nunc etiū rerum magnarum, sed pauperibus regno dei regnum, hoc esse magnum. Verum à Deo electos pauperes, qui de regno dando nuncium, defterent, uno quibus potestas esset inaugurgandi in regnum id quoque nouum & præter Regnum consuetudinem, qui maximis regni in negotiis illustres legatos mittunt. Non est dubium quid ad Isa. 61. alludat, & simul moneat non esse Euangelii docendi rationem, quæ era Pharisæorum, illi enim ut auari, pauperes negligebant, circa diuitias, & diuitias occupati. Deinde diuitium non multi vocati, erant enim auctiūtā Euangelio. Superbi ferē sunt, habent hic consolationem, ut Dei non requirant.

Pauperes apud Ila. 61. 1. *Spiritus Domini super me, eo quod intrixit Dominus me; ad annunciatum mansuetus mi-*

*si me; ut mederer contritus corde, & predicarem captiuū indulgentiam, & clausis apertione, ubi ἡγάπη ghanim, 70. vertentur pauperes, & annunciare euangelizare. Hunc locum ex professo proposuit Dominus Luc. 4. 18.*

Beza, pauperibus euangelizatur, quia altera dura constructio, atque ita loquuntur 72. & Evangelista. Beza in no. 72. πλαστοὶ ἐνοργανοὶ τραπεζίται, cum dicere possent, τοῖς πλαστοῖς intercessis ἐνοργανοῖς, pauperibus euangelizatur. Syrus prete Spirito sancto וְמִשְׁנַיְנָא בְּסֶבֶרְךָ יְמִשְׁחָה מִשְׁחָה, & pauperum sancti reprahendit.

## VERSUS 6.

*Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.*

## QUESTIO I.

*Cur de Scandalo monet?*

§. 1. **S**candalizati Pharisæi, qui in lapidem impetrant, & monet discipulos Ioannis, ne ipsi scandalizentur communi more vivendi. Deniq; dietus est lapsus offensionis & Petri scandali. 1. Petr. 2. 8. non suo merito vel consilio, sed hominum virio, nam aliis aliam cautam, cur non accedat, inuenit. alias personæ ut videbatur humilitas, mortis acerbitas, doctrina puritas, nimium suis moribus distans, & non indulgens virtutis: discipulos Ioannis offendebat, quod non ita feueret, ut eorum Magister, viueret.

## VERSUS 7.8.

*Illi autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestuntur, in domibus regum sunt.*

## QUESTIO I.

*Qua Ioanni tribuit Christus?*

§. 1. **C**um dixisset, beatum fore, qui in se non scandalizetur, ne quis supercati posset, Ioannem testimonium datum reuocasse, Christi vel humilitate, & vulgari vita ratione scandalizatum, idcirco Ioannis constantiam exponit, & testimonium comprobavit. Non enim est instar arundinis, sed solidæ arboris quæ vento non mouetur. Iudei levia erant, & Ioannem in certa pectora, cum miracula videbant, feruide commendatae collaudabant, Regem facere statuerant, cum Pharisæorum calumnias audiebant, hominem potatorem putesur. & amicum Publicanorum iudicabant. An ergo inquietu nuper vos in desertum existis videre arundinem, an virum fortem & constantem. Syrus v. 8. נִזְמָן לְאַלְמָנָה וְרַגְלָיו בְּמִנְמָנוֹן. Ex istis inquit georg. odu specare; maius enim omnibus mundi admirandis specaculum erat Ioannes in deserto. Non καθαυτοῦ fluens salio qui & suum iudicium reprehenderent, qui adeo temere credidissent Ioanni. Fluctuare segetes & vindare etiam Latini dicunt. Heliodorus l. 3. Histo. Aethiop. τὸν ψεύτην αὐτὸν οἴει οὐ πόρως οὐδὲν εἰπεῖν. Animæ veri, ex passione humili fluttuant.

§. 2. De vestium asperitate supra d'xi: Nunc hac indicat Ioannem cum testimonium daret, nihil adulatum,

adulatum, Qui enim splendide vestiti, auribus dominorum blandiuntur, in palatio, non in delecto sunt, at qui sic vescuntur, qui vescuntur crudis oleribus, non norunt adulari. Non enim tam fœda seruitus vñlum precium. Quin & mollitudo vestrum signum est effeminatorum, & deliciorū, qui natura sunt inconstantes. Quia sunt fastidiosi, & appetitionibus obsequentes. Tertullian. teneras vestes conuerit.

## VERVS 9.

Sed quid existis videre? Prophetam?  
Etiam dico vobis & plus quam  
Prophetam.

## QVÆSTIO I.

An Ioannes Prophetam?

Ioannes  
plusquam  
Prophetam:

§. 1. Interrogationis repetitione studium exequi di, audiendiq; Ioanhem compobat. An inquam Prophetam putatis? & maior est Prophetam. ἡ οὐαὶ τοῖς πολὺτεροῖς, amplius est quam Prophetam. Syrus μαλάριον γένερον καὶ πολὺτερον, Vaiathir men neba, præstator pro Prophetā. Non igitur vestra vos exspectatio fecellit, talen videtis, quem vestrorum maiorum nemo. Populus autem Ioannem vtr prophetam habet. c. 21. 26. Christus ἡ οὐαὶ τοῖς πολὺτεροῖς plus quam Prophetam afferit, quod verbum quod verbum in vicio, & laude ponitur, hic pruditate Ioannis accipitur.

Non Pro-  
pheta more  
aliorum.

§. 2. Quomodo Ioannes Prophetam se negat? Respondeo; Christus maiorem Prophetam eum affirmit. Prophetā non erat, quales veteres illi qui de venturo vaticinabantur, sed qui Christum venientem ostendebat, præcursor, & ex aula Domini, simul enuntiatus, pérpetuo aliens. Negat igitur se Prophetam eo modo quo alii, qui venturum canebant, ipse præsentem monstrabat.

## VERVS 10.

Hic est enim de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam antete.

## QVÆSTIO I.

An Ioannes Angelus?

Ioannes ex  
sanctitate  
& officio  
Angelus.

§. 1. Angelum accipiunt nonnulli generatim, vt nuncium, legatumq; significer; eo modo Angelus hoc loco non vocatur. Nam Prophetæ quoque internunci & interpres diuinæ voluntatis ἡγεμονοὶ dicuntur. Christus vtr Ioannem ideo præferit Prophetam, qui Angelum cum Prophetam appellarent. Malachia 3.1. & 2.7. Angelus ergo singulari prærogativa sanctitatis officique.

Volut vtr insignem Ioannis puritatem, promptitudinem, obedientiam indicare, cum Angelum vocavit; vt Theophyl. Euthym. alii annotant. Imo Chrysostomus summa hoc illi laudat. Puto quod gloriator est, inquit, Ioannes, quod homo fuit, & propter virtutis meritum Ioannes & vocatus, quam si nomine & natura Angelus fuisset.

Tertullian. aduersus Iudæos c. 9. Dei filium dixisse. Ecce, inquit, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, id est, populi, qui te caſſodiat in iudeo: & introducat in terram quæ præparauit tibi: Intende illa, & audi eum, & ne inobedient fueris.

ri ei: non enim collauit te, quoniam nomen meum super il lum est. Populum enim introductum erat Iesu in terram promissionis, non Moyses: Angelum quidem dixit eum ob magnitudinem virtutum, quasi erat ed. turus (quas virtutes fuit Iesu Nave, & ipsi legiis) & officium Prophetæ, nuncius, scilicet diuinam voluntatem, scitum & præcursum Christi. annem futurum Angelum appellat, Prophetam Spiritus dicens, ex persona Patris: Ecce ego mitto Angelum meum ant faciem tuam, id est, Christi, qui præparabit viam tuam ante. Nec nouum est Spiritus sancto, Angelos appellare eos, quos miseros sua virtus Deus preſecit.

Iudei tamen plurimi Angelum verum corpore vestitum arbitrati sunt, vt refert H.eron. & Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos. Rab. David Angelum ait missum, qui iudicium exercitat. Verum fabulum illam, omnes sapientiores etiam Iudei irident.

## QVÆSTIO II.

Cuius ante faciem præparabit viam?

§. 1. DE Prophetæ lectione disputatur. Nam in Hebreo, Illud: ante faciem tuam, non est, sed hunc in modum legitur, מִלְאָכָר בְּנֵי רֹבֶר לְפִנֵּי. Malachi, υπίμαρτυρες λεφαναι, Angelum meum, & præparabit viam ante facies meas.

Loquitur atque Pater filio, fore vt p̄paret, ρψινα, complanabit, quidam διηλέγεται. Ante te Hebrei εἰς λεφαναι ante me. Itaq; hic ad dictum à Christo ταῦτα προσώπως ante faciem tuam, quod dicitur in H. br. nec Chal. nec in Septuag. est. Deinde pro λεφαναι, ante facies meas, Christus dixit προσώπως. Quod in 70. est ταῦτα προσώπως μόνο. Est & alia & 70. λεπταὶ λόγοι, mittam pro λογοτελειώ mitto, fed eam virtutem non dubito, quamvis præferat exemplar F. cofortense.

§. 2. Principio mittere ante facies, aut ut antefacies, est Hebrei antecedere Habac. 3. Psal. 147. Thren. 1. Isa. 45. Deinde constat etiam verba illa addita illustrare sententiam: nam si ante eum viam præparatus erat, velut antecubulo & metator, etiam antecedere opportuit. Est autem hic similitudo à principibus cum splendore venientibus sumpta.

§. 3. Hoc præcipue queritur. Cur dicat Prophetæ antē facies meas, vel cofam me; Christus vero: ante te?

Resp. Facilis videtur. In Euangeliō loquitur Pater, in Prophetā filius, vtrque vtr Ioannem misit. Iansentiu: tamen in Prophetā Patrē loqui putat: quia mox additur, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis. Verum parui momenti est, filius enim loquitur de se in tertia personā, vt moris est. Fixum igitur ratumque maneat: Filium loqui cum dicit præparabit, ante facies meas. Ioannes enim non ante Patrem, sed ante filium præcedit. Quamuis ante facies Dei præcedit, & Z. charias Pater eius prophetat. Tu autem puer, &c. præbus ante faciem Dominipat arevias eius.

In iunctum igitur argumentum de Christi diuinitate contra Arianos colligitur. cum Christus Ioanne mittat. cum & Pater mittat, vna eademq; virtusq; est actio, & auctoritas, adeo vt quod Prophetæ vni, Euangeliū alteri tribuat.

## VERVS 11.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.

QVÆSTIO

## Q V E S T I O . I.

An nemo maior Joanne?

Hilarius can. II. comparationem ait fieri inter Prophetas. Id quoque Luc. 7. 28. habetur

prophetis. Ceteri vero etiam in scripturis. Ita ut etiam in Graecis quia in latino potest esse ambigua lectio. Major inter natos mulierum Propheta Ioannes baptista nemo est. Est igitur comparatio cum Prophetis. sed quia tamen omnibus hominibus praesertim alijs meliores sunt. Qui autem praestantissimos superat. vt Abrahamum fidetum patrem. et ceterosque prophetas. super omnes est.

¶ 2. Hec dignitas duplex est. ex sanctitate per longe & officij magnitudine. In sanctitate collatione fieri. docet nexus argumenti. Non enim mutabilis est. sed in sententia constante. non mollibus vestitu. non esse in domo. sed in carcere regis. virtutis documenta sunt. Quod ait. non surrexit. Graece est δύναται. Non sicut fuit. sed ostendatur Dei eligentis. & mittentis. non humanae naturae hoc esse beneficium.

¶ 3. Illa comparatio que fit cum illo. qui est in

regno minor sanctitatem vitæ respicit. ergo etiam al-

tera. quæ preponitur alijs. Loquitur vero Christus de

cum magnitudine. quam magnus erat coram Domino. vt di-

xit Angelus Luc. I. v. 15. vbi dignitatem eius exponens

mores & officium simile complectitur. Vinum & sice-

ram non bibet. Spiritu sancto replebitur ex veteri matris sua.

Converset multus filiorum Israhel ad Deum patrum suorum.

Presente illum in spiritu & virtute Eliae. Itaque non modo

statu' liberari a Beza. nec genus doctrina confertur.

sed etiam sanctitas sanctitatis.

¶ 4. Non tametsi Christo maior. ille enim non na-

tus est eximpli modo naturali. sed de spiritu con-

ceptus. natus libata matris virginitate. Excipienda

etiam Christi mater. cui & sanctitatem maior em &

officium maius vt sit mater Domini Deus attribuit. Ve-

rum cum hic quoque de docendi & prophetandi mu-

pere agimus. haec et ipsa parte mater minor est. Nos

tame. quia de sanctitate dei statuimus. comparatio-

nem cum sanctis veteris testamenti institutam iespo-

demus. vt Maldonatus noster exponit.

Quo excludunt B. Virginem. quia dicitur masculi-

ne & genitois inter natos. qualis filias aut naras non

comprehendat. infirma coniectura vniuersit. scrip-

tae in masculino genere vel solet. pro omnibus.

Quidlibet Erasmus voluerit. cum dixit genitois. neu-

minus genitus esse. non video. nisi forte quod Gram-

maticus olim in gratulatione nuptiali dixit.

Er masculini. & feminini genite.

Generis que neutri filios.

Sed errant pueriliter inter dum magni illi censores. omnium indices.

Multa stellæ solem prætent orientem. multæ fe-

quentur. solus Lucifer nomen habet à luce insigni. vt

vocetur. Hoc tributum Ioanni fuit. nec

mirum videri debet alios alijs certa ratione anteponi

& postponi.

## Q V A E S T I O . II.

Quis minor est in regno cælorum?

R Egam cælorum duplice modo interpretan-

tur. Ut sit Ecclesia triumphans. Alij vt sit mi-

litans. Hinc duas orientur interpretationes. Prima vt

minor in cælo dicatur maior Ioanne. Altera. vt minor

in Ecclesia Christiana dicatur eodem Maior.

Illi qui de cælo & Ecclesia triumphantे interpre-

tantur. iterum in paribus sunt. Aliqui enim de Ange-

lis accipiunt. vt dicatur minor Angelus maior Bapti-

sta. D. Augustinus.

Alij de quolibet qui est in cælo. quia statu perfe-

Adam Conzen in Euang. Tom. I.

¶ 1. Quod omnis sanctus qui iam cum Deo est. Major est eo. qui maior & adhuc consistit in prælio.

Qui de Euangelio interpretantur. quidam ita compariationem instituunt. vt dicant minorem in Euangelio esse illo maiorem ex natura Euangelij. Ioannes enim ex natura legis minore est. Non quod simpliciter minor. sed quod minor ex natura legis. licet maior ex Euangelio.

Allij vnumquemque in Euangelio ad perfectionem contendentem posse in Euangelio maiorem illo fieri.

Denique Francisci Lucae aliorumq. sententia minor & non Ioanne est Christus. qui maior est illo. Minor & major. Ioate. ordine prædicationis. & apud plurimos astima- anne Christi. Nam præferbant plerique Ioannem. imo He- fides audiens Christi admiranda opera. Ioannem Baptistam arbitrabatur. adeo magnum erat nomen Ioannis. ad ipsum miserunt publicam legationem. qua quererent an esset Meissias. Christo credere non vo- luerunt.

¶ 2. Hanc ultimam verissimam puto. Christus est Lumen Io- nam de se in tercia persona loqui solet. atque ita etiam annis ad vultum latitudinem insinet. & officij ac personæ sua di- Christi gloriatur. ostendat. ita enim Ioannem laudat. vt ta- men ad Ecclesiæ ædificationem præferat se Domi- nus præcursor.

Deinde firmatur allarum sententiarum refutatio- ne. dubium est enim apud multis. an minimus Angelorum gratia & gloria maior sit sanctissimo homi- ne. Et quamus illud assertere haberet. non est cur hic de coparatione cum Angelis agi dicamus. Altera ex Non complicito statu perfezionis in cælo. non videtur co- paratur. Tunc quia nondum quisquam hominū in cæ- lum assumpsus erat. tū vero quia nemo dubitat perfectionem cum statu esse mortalitati. hoc enim ad dignitatem Ioannis vel augendam. vel minuendam nihil faciebat. Aliud enim non diceret. quam beatos in calis suo in statu feliciores esse. quam Ioannem in suo. hoc est. in vinculis.

Nec cohæret. quæ de statu Ecclesiæ militantis adfe- runtur. Etenim quamus ex natura Euangelij maiores compara- res. quam ex natura legis. non tamen id ad rem fa- ciat. Nam etiam patriarcha qui in lege vixerunt ex na-

natura Euangelij maiores fuerunt multis in Euangelio vi- uentibus. Poterat Ioannes pari gradu cum illis. qui in lege erant contendere. imo præbeat. Illæ porro statu' comparationes ad personam augendam dignitatē parum faciunt. Christus hic Ioanni auctoritatem co- ciliat. Quin & hoc addo. Ioannem iam tum cū Christus prædicare inciperet. in noua lege fuisset. Credebat enim Christo. cū prædicabat. ideoq; nihil minus ha- bebat. quam discipuli & Apostoli. Etsi enim præcur- forerat. postquam tamen Dominus aduenit. iam co- mes. & aula præfectus erat.

¶ 3. Caluinus I. c. 9. §. 5. Negat eum Apostolis fu-isse præstantiorem. quod non ita clare prædicasset. quemadmodum illi fecerunt.

Hic chiq; interrogare promptu est. vnde Ioannis Ioannis conciones obsecratores Apostolicis fuissent Caluino cō. clara præ- fester? Nam illa que eum Euangelistæ dixisse aiunt. sat dicatio. clara sunt. opinor & reliqua similia fuissent.

Deinde de Christo testatus est clarissime. eumque monstrauit. Tertio a diebus Baptiste regnum cælorū vim passum est. multis conuerit. non obsecræ igitur eius conciones fuerunt.

Quod vero Piscator ait. Eum non testatum esse de agno maculato. quod illi feceront qui in novo testa- mento sunt. parvum ad rem facit. Nam circumstantia temporis non facit tantum discernere. Alioq; i Chri- sti prædicatio etiam minus fuisset illustris. minique iucunda doctrina. quam Apostolorum. mortem e-

nim ille suam prædixit, Apostolcum vero conciones post illam habita sunt.

Itaque multos ipse conuertit, & instruxit. Non propter oblititatem minor Apostolis, sed propter spiritum, aliaque dona maior.

Ex magnitudine Ioannis, Cyprianus argumentum pro hac eis rebaptizandis adducit. Nec recusabunt, inquit, baptizari apud nos heretici legitimo & vero Ecclesia baptismo, quando ex nobis diciderint, baptizatos quoq; à Paulo eo qui iam baptismio Ioannis baptizati fuissent; sicut legitimus in actibus Apostolorum. Et nunc apud quoddam de nostris, hereticorum baptismina occupatum assertur, & inuidia quadam quasirebaptizandi, baptizare post hostes Dei nefas ducitur, cu; baptizatos inueniamus, quos Ioannes baptizauerat: ille Ioannes maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris impletus, ille Heli Spiritus & virtute submixus, qui non aduersarius Domini, sed proximus ac prædictor fuit, qui Dominum non tantum verbis prænunciavit, sed & oculis ostendit; qui ipsum Christum, per quem baptizentur ceteri, baptizauit, ita Epist. 73. ad Iulianum.

Vere à Paulore-baptizatis, quos Ioannes baptizaret.  
Errorem illum S. Cypriani & coepiscoporum eius nosci: se & tamen non sequuntur, quod tamen oportet, si baptizatus Ioannis & Christi est: tamen ille enim vere rebaptizatus esse ab Apostolis fatetur, quos Ioannes baptizauit, quod negant hereticis; ideo vero illi sunt rebaptizati; quia non idem baptismus Ioannis & Christi. Hac deo supra c. 3. disputauit. Vide Aug. l. 5. de baptismis c. 1.2.3.4. ostenditque S. Cyprianus, eos saluos astimasse, quia ad Ecclesiam sine anabaptismo venerunt. Si dicas, inquit, non recte foris datur: respondemus, sicut non recte foris habetur, & tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit virile esse, quod extra ea inutiliter datum est.

Cyprianus  
15. 16. vbi inter utrumq; baptismum discrimen ostendit. &c 17. Quandoquidem, inquit, cuic; Episcopo permisit sentiendi hac dere quod vellet libertatem, non mirum cuiquam videri debere, si ipse à Cypriano hac dere dissentiat: iunioris Ecclesia confutacionem & definitiōnēm plenarij Concilij pluris faciens, quam aliquot Episcoporum scripta.

S. 5. Et Hieronymus aduersarius Luciferianos. Verum si voluerunt, qui ab Hilario instituti sunt, & ous sine pastore esse cœperunt, de scripturis ea proferte quæ Cyprianus ob hereticos rebaptizandos, in Epistolis suis reliquit: Sciant, inquit, illum hec non cum anathemate eorum qui se sequunt noluerunt edidisse (siquidem in communione eorum permanit qui sententia sua contrariant). Sed horum potius fuisse, propter Nouationam & alias tunc hereses enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione erroris sui recipereatur.

S. 6. Aug. l. 2. contra aduersari Legis & prophetarum, Binis expositiones complexus est, de Angelis & de Christo. Nam respondet aduersariis qui hinc argumentabant Ioannem cælo exclusum, ideo multo magis omnes prophetas, quibus hunc in modum ille responderet. Argumentati etiam, inquit, de Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo, ita velut ratio inando, tanquam Ioannes non pertinet ad regnum cælorum, & ob hoc multo minus ceteri prophetæ illius populi, quibus maior est Ioannes. Hac autem verba Domini dubius modus possunt rectissimè intelligi. Aut enim regno cælorum appellauit eo loco Dominus, quod nondum accepimus, & in quo nondum summe; unde & in fine dicturus est: Venite benedicti patrii mei, percipite regnum. Et quia ibi sunt Sancti Angeli, quilibet in eo minor, maior est virg. quilibet sancto & info, portante corpus quod corruptitur & aggrauat animam. Aut si regnum cælorum in ea sententia illam intelligi voluit, qua & in hoc tempore significatur Ecclesia cuius filii sunt omnes ab institutione generis humani usque nunc quorunque iusti & sancti esse potuerunt: profecto seipsum Dominus significauit, quia nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis eternitate, & Do-

minica potestate. Proinde secundum priorem expostionem indistinguunt: in natu mulierum nemo exsurrexit maior Ioanne baptista: qui autem minor est in regno cælorum, ac deinde subservit, maior illo est. Secundum hanc autem posteriorē ita: in natu mulierum non exsurrexit maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est, ac deinde subinferitur, in regno cælorum maior illo est. Sed eterq; intellectus tam congruit veritati, quam n. fallende huius sufficit vanitati. Sive enim quilibet Angelus ceteri minor, Ioanne sit maior: sive hic Dominus intelligatur, Ioanne precursore suo atque minor, maiestate maior, nobile proprieatis ceteris derogatur. Potuerunt enim esse Ioanni aliqui aequalis, aliqui eo minores, nullus autem maior propter senitatem Domini: omnes tamen sancti, & iusti & boni.

## VERVS 12.

A diebus autem Ioannis Baptista usque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

## QVÆSTIO I.

Quam patitur vim regnum cælorum?

S. 1. Indicat solitus repagulis omnibus, aditū ad regnum esse, non iam de patribus, & carnali hereditate agi, sed omnibus aperiri, dare virtutis, etiam exteriorē, nam ab oriente & occidente venient; allusio regni terræ, quæ bellis obtinent, & exteris. Luc. 16.16. Lex & Prophetæ ad Ioannem, ex eo regnum euangelizatur. Ante a solis Angelis possidebatur, nunc hominibus patet, non ignavis, sed fortibus, Iudeis natiuitate Christus, sed plus prodest gentibus, extermi regna ruunt, violentia ergo est multitudo, feror, impetus quo post Ioannis & deinceps Christi prædicationem virtuti student. Sic & terra promissionis armis occupanda fuit.

Hilarius vero can. 11. & in Psalm. 2. Sic, ait, in rapendo regno cælorum raptore Dominus delectatus, ait: A diebus autem Ioannis regnum cælorum vim patitur, & vim scientes diripiunt illud: quia cum regni cœlestis possessio fratres predicantur, fides tamen gentium possessionem hanc servis fratris diffidenti pariperet.

Ambros. lib. in Lucam. 6. & serm. 15. ideo vim pati, quia vel non intra unum populum continetur, sed omnibus qui virtute nisi, non sanguine volunt, pronititur.

S. 2. Irenæus l. 4. aduersus heres de perpetua vigiliantia interpretatur. Quæ enim, ait, fructu boni apud eos qui ignorant? Quæ autem gloria his, qui non studierint illud? Quæ autem corona hi qui non eam, ut victores in certamine consequuntur? Et propter hoc Dominus violentum dixit regnum cælorum. Et qui vim faciunt (inquit) diripiunt illud. Hoc est, qui cum vi & agone vigilantes instanter diripiunt illud. Vim illam Cypri de nativitate Christi, de Victoria sui interpretatur. Optimè inquam, quia illa non de uno, altero, sed cunctis vitis habetur. Et vere, qui cunctis viribus eo tendit, vim infert.

## VERVS 13.

Omnes enim prophetæ & lex, usque ad Ioannem prophetarunt.

## QVÆSTIO I.

Quomodo omnes prophetæ ad Ioannem prophetarunt?

S. 1. Vox ex his verbis errores orti sunt. Prior multorum hodie non tempore; Ioannem veterem regem abrogasse, nouam condidisse. Alter vero omnis Christianos legem solutos esse. Priorē plerique, hodie heretici sequuntur. Alterum Valentinus, Cerdon, Apelles, Antonii, Libertini, & si rem specte plerique hodierni heretici tuentur. Vterque refutatur. Nam Christus

Chriſtus ipſe venit legem adimplere, & hic penitentiam  
requirit alia que opera, lex ergo ad Ioannem & Prophetae  
adimpleret, quia lex quā vmbra fuit, celiſit veritati. Lex ca-  
remonialis futura obſcure figurans nunc Christo ac-  
cedente celiſit, & vbi manet, iam non obſcura eſt am-  
plius, ſed iam exhibens praefitem. Itaque exponen-  
da verba ſunt: Prophetæ & lex prophetauerunt, non dicitur:  
lex & prophetæ prophetauerunt, ſed ne quis hic interpre-  
teatur, lex fuit, & Prophetæ prophetauerunt: ſed prophe-  
tae & lex prophetauerunt. At quomodo lex prophetæ  
quæ signa conſtituendo id futurū indicat, quod pro-  
phetæ verbi, lex prophetæ sacramentis, prophetæ o-  
racula, lex agno pafchali prophetæ de Euchariftia,  
prophetæ verbis. Itaque lex futura obſcure signans,  
hoc eſt prophetans, ſicut prophetæ ipſi ad Ioannem  
ditarunt: nam tunc cum Ioannes diceret: Ecce Agnus  
Dei, &c. lex & prophetæ, iam praefitem dæmonſtrant, non  
iam aberant, ſed renebantur.

§. 2. Non alter lex illa defit, quam Prophetæ, at  
prophetæ ita defierunt, vt iā non longe abeſſent, que  
predixerunt, ſed ad eſſent pariter: ergo & lex, hoc eſt  
prophetæ defierunt prophetare, nam cum legentur  
& exponerentur adhuc prophetabant in lib., ſi ſuis dū  
futu. a prædictib; at cum Christus legeret Iſaiam in  
Synagogiam non prophetabant, qui complera-  
tant, aut compleri coepérant, de quibus prophetabāt.  
Luc. 17.16. & 17. Lex & prophetæ vſque ad Ioannem  
(ſubaudi ex Mattheo prophetauerunt.) ex eo regnum  
Dei euangeliſatur, & omnia in illud vim facit.

§. 3. Quoad moralia, omnia ſeruare tenemur, ut po-  
te ex quibus vniuersa lex pendet, & prophetæ.

§. 4. Christi scopus eſt ostendere regnum celorum  
vīm pati, itaq; ſic argumentatur: Lex & Prophetæ ob-  
ſtū in ſcīre, & de longinquō prophetarunt vſque ad Ioan-  
nem, ideoq; pauciores & minore efficacia mouerunt;  
qui ab tempore Ioannis iam nec longe res illæ abeſſerant,  
iēd ipſe Meflitas oſtentus, nō pietura beatitudinis, ſeu  
ſponsi; ſed ipſe ſponsus; accurrunt ergo, & regnum  
celorum vīm patiuntur, quæ ratio optima eſt. At ſi ſen-  
tientiū lex omnis abrogata eſt, prophetæ irriti fa-  
cti, & data libertas a lege, non ſequitur regnum celo-  
rum vīm pati, ad quod aditus non eſt niſi ſeruata le-  
geniſi cum Libertiniſ dicamus, vñictum modum eſſe  
penitentiā ad regnū celorum nullā legem putare.

§. 5. Faciliſ eſt autem celū & terram præterire quā  
delege vñum apicem cedere. Hic Christus aperie o-  
pem ſeruāndam implendam, ut c. 5. expoſi-  
tum eſt, lex ergo & prophetæ ad Ioannem, cum dicunt, op-  
erum tuorum illis verbis regnum celorum euangeliſatur,  
nam aperte, iā pafſens, itaq; obſcuritati, legi vībris,  
cerimonij iphiſius iam praefitiſis opponitur: nam lex  
implenda eſt. Non longe abeſſauit quidam hæretico-  
rum, Januſ & Tremell. futura tantum prophetarunt  
nunc praefitia cernuntur: lex & Prophetæ iustum  
probuerunt. Nullo igitur argumento legem oppug-  
nare Christus voluit. Sed legem, & finem legis clarus  
otendit Maldonatus, vignisſe & ſtatutum habuileſ ſcri-  
bit, opponit vero Lucas 16.16. Prophetis & legi, vīm  
pati regnum celorum.

§. 6. Pifator dupliciter diſtinguit. [πάντες γένοις οἱ πρόφετοι  
θραγὸν ἐρῶσι τὸν οὐρανὸν προφητεύοντες. Prō diuerſitate  
diſtinctioſis naſcitur diuerſa ſyntaxis, & hinc di-  
uerſa expoſitio. Si apponas notam inciſi poſt ὁρόν, &  
syntaxis erit: omnes Prophetæ & Lex prophetarunt  
vīque ad Ioannem ſeſil. quatenus prophetæ ut de ad-  
veniu Christi, q.d. Prophetæ illæ non extendunt ſeſe  
vīraid tempus quo ſuicitatus eſt Ioannes, ſed p̄cife  
in illud incidunt. Si v. comma apponas poſt ὁρόν, &  
syntaxis erit: Nam omnes prophetæ & Lex (ſubaudi oī  
μηδὲν) qui fuerunt vīque ad Ioannem prophetarunt,  
nempe de aduentu Christi, quiſ dicat nō autē Chri-

Adami Conzen. in Euang. Tom. I.

ſtū praefitem ostenderunt: ſicut Ioannes fecit. Et ſic &  
verbum prophetarunt, poſitum fuerit emphaticè per  
tacitum antithēſin. Atq; hæc expoſitio declarat quo-  
modo hæc ſententia cohæreat tanquam ratio cuſ ſen-  
tentia illa verſus vnde ciui, quod nō ſi ſuicitatus ma-  
propheta quam Ioannes, ſecundum priorem ve-  
to expoſitionem cohæribit hæc ſententia, cum ſen-  
tentia verſiculi proxime precedentis: & ratio indica-  
bitur, cur Ioannis teſtimoniū rā aude recipiatur:   
quia ſciſ auditores ex illius p̄aediacione diſcant, iam  
eſſe tempus ut vaticinia Moſis, & Prophetarum de  
aduentu Christi impleantur. Sed altera expoſitio vi-  
detur genuina.]

Verum non redditur ratio cur maior ſit, ſed cur re-  
gnū celorum vīm patiatur. Quod enim nonnulli  
poſt verſum 10. ſubijciunt 13. audiendi nō ſunt, libro-  
rum teſtimonijs conuicti. Senſiſi ḡit: Prophetas de  
aduentu iuſti pronunciare, idque ſolis Iudeis, paucis  
gentibus. At nunc cum praefens ipſe Dominus adue-  
nit in templum ſuum, atque à Ioanne oſtentus eſt: Om-  
nes in regnum celorum velut obice rupto inueni, &  
violenter rapere.

Ceffatur eme legem Cyptianus l. i. teſt. aduercit.  
Iudæos. 9. ex hoce eo probat, quod lex & Prophetæ, vſque  
ad Ioannem.

§. 7. Toffanus in Ioanne ita legem fixit, vt tameſi  
ad Ch. iſtū ostendat pertinere. [Que ḡit cur dicat, "Hæretici  
ad Ioannem, non vſque ad me, vēl vīque ad Christum " etiam o-  
Reſpondet. i. Reſ eodem ſere eſit, cum eodem tem- " ſendūt,  
poſt vixerit; ſed moſteſi cauſa de Ioanne potius quā " a Ioanne  
de ſe loqui voluit. 2. quia numerat Ioannem inter vī- " non ab-  
timi prophetas & terminum illum facit omnium " latam  
Prophetarum, qui ſciliſ de Christo loqui fuerant.] " legem.

Non igitur Ioannes inchoauit nouam legem, ſed  
finiuit veterem, ſi Toffanum audiamus, cum tamen  
plerique hæreticorum, noua legi, & noui baptiſmi  
Ioannem inſtitutori faciat. Qui de re ſupra diſpu-  
tauiimus, audire lubet Tertullianum I. de baptiſmo.  
Agebat itaq; baptiſmuſ penitentia quaſi candidatus remiſ-  
ſionis & ſanctificationis in Christo ſubſecutur. Nam quod  
prædicat at baptiſmuſ penitentia in remiſionem delictorum,  
in futuram remiſionem enunciatum eſt, ſi quidem penitentia Ioannes  
anteceſtit, remiſio ſubſequitur, & hoc eſt viam præparare: qui non inſtit-  
autem præparat non idem ipſe perficit, ſed alijs perficiendū pro-  
curat, ipſe proficitur ſua non eſſe celeſtia, ſed Christi, diuendo, legem.  
qui de terra eſt, de terra loquitur: qui de ſuperiōrī venit ſuper o-  
mnis eſt. Item ſola ſe penitentia tingere, venturum mox qui  
tingueret in ſpiritu & igni, ſciliſ quia vera & ſtabilis aqua  
ſides, qua tinguitur in ſalutem, ſimilata autem & inſirma-  
gni tinguitur in iudicium.

Ereodem loco Vnde & ſaggerit, quād aduersantes  
Dominum tingui noluerint, eos qui Dominum ſequebantur, in-  
cluſi ſuiffe, nec cum emula ſtia ſuiffe, maxime quando Domini-  
nus, cui adhæredant, teſtimonio Ioannem extulifer. Nemo, di-  
cens maior inter natos ſeminariuſ Ioanne baptizatore.

### VERVS 14:

*Eſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui  
venturus eſt.*

### QVÆSTIO I.

*An Elias ſit venturus?*

§. 1. B EZA ne Eliam venturum opus eſſet dicere cō- Textum  
mentuſ eſt ex Erasmo aliam interpretationē, deprauat  
ō μέλλων λέγεσαι qui venturus eſat, quaſi dicat illum Beza  
venturum ſuiffe, ſam autem adueniſſe. Verum μέλλων  
λέγεσαι ſemper de futuro dicitur, de eo in quaſi quidem futurū eſat  
iaſtū ſuiffe, non qd aliquando quidem futurū eſat  
nūc vero p̄teretur eſt. Alioqui dixiſſet oī μέλλων λέγε-

T a S

Qui qui erat venturus, ea forma vitur Thucyd.lib. 5.  
Demosth. pro corona. Et Synel. εμέλος εργασίαν, expectatur eramus tranquillitatem.  
Cum ergo Christus non dicat μελάνθης ἐχόται, qui  
erat venturus. Sed ὁ μέλανθης ἐχόται, qui est venturus,  
non modo perperam optimus interpres reprehenditur,  
Sed Christi etiam verba nouatrice temeritate in  
alium sensum torquentur. Nec potest Syriacus textus  
aliter intelligi οὐδὲν οὐδὲν γένεται τοῦτο για  
εἰς Εἰλία, qui futurus est ad veniendum. Noster interpres ab  
aduersariis etiam defenditur. Nam v. 3. ὁ ἐχόπερ  
verrit Piscator ipse. venurus est, & refutat eos qui ver-  
tem ad-  
tunt, venturus erat, vel fuit. [Quibus formulis, inquit,  
uerarij  
defen-  
dunt. le: quæ affirmatio repugnat præsenti interrogacioni.  
,, Qui enim interrogat (tempore simpliciter & animo  
cognoscendi, ut hic fit) is nec affirmat, vel negat, sed  
tanquam dubius affirmationem negationem ex-  
spectat.]

Ponit autem ait ἐχόμενος pro ἐλευθέρων. Quia in  
re apparit Hærenicorum prætutias. Cum dicitur ἐχό-  
μενος, vertunt recte, ἐλευθέρων, præsens pro futuro.  
At cum dicitur, μέλανθης ἐχόται forte veniat, ea for-  
mula, qua nunquam pro præsenti vtitur, vel præterito,  
illi ex ea præteritū fingant. Quomodo autē illud  
verràt. Et restituet omnia an qui restituturus erat omnia.  
Non enim consequenter speculationibus indulgent;  
quidocent. Elias quidem venturus erat, sed iam venit, &  
restituet omnia, nisi dicant hoc esse, iam restituit omnia. At  
Dominus futuro vtitur.

Porro Eliam venturum esse constat ex Malachia c. 4. 5., nec Prophetiam impletam hoc aduentum docet  
Christus cum dicit, adhuc venturum. Nec obstat Ioan-  
nem dici Eliam, de Spi. ita enim, & officio, nō de per-  
sona loquitur, ita apud Luc. 1. dicitur in Spiritu & vir-  
tute Eliae venturus. Rationem enim reddit, cur tanta  
conuersio facta sit eius aduentu, & cur tam inexcu-  
fables, qui eum non receperunt, cum illi qui ante diē  
Domini magni venturi sunt, Eliā sint suscepti. Hic  
vero sit alter Elias etiam maior Eliae vero. Venturum  
autem esse Eliam ex Malachia constat; quia precedet  
diem Domini terribilem. Constat vero ex Matth. 17.  
Vbi ait, Elias venturum & omnia restituturum. Iam au-  
tem Eliam venisse, sed non cognitum: Vide Augusti-  
num 2. de Civitate c. 19. & tract. 4. in Ioannem. Vbi  
ait. Nam primo ille quo major nemo surrexerat in natis mu-  
lierum dixit. Non sum ego Christus. Dicuntque illi: nunquid  
tu es Helias? Respondit. Non sum: Christus enim præmittit ante se Heliam: & dixit, non sum, & seicit nobis questionem. Ti-  
mendum est enim, ne minus intelligentes contraria putent Io-  
annem dixisse quam Christus dixit. Quodam in loco, cum Do-  
minus Iesus Christus in Euangelio quadam diceret de se, respon-  
derunt illi discipuli: Quomodo ergo dicunt scribe, id est, per illis  
legis, quia Heliam oportet primum venire: & ait Dominus.  
Helias iam venit, & fecerunt ei que voluerunt: & si vultu scie-  
re, ipse est Ioannes Baptista. Dominus Iesus Christus dixit, Helias iam venit, & ipse Ioannes Baptista: Ioannes autem inter-  
rogatus sic se confessus est, Heliam non esse, quomodo nec Christum esse. Et viisque scit verum confessus est Christum se non  
esse, sic verum confessus est nec Heliam se esse. Quomodo ergo  
comparabimus dicta praecoris cum dicti iudice? abste ut  
præco mentiantur: hoc enim loquitur quod audit à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: & Dominus, ipse est Helias?  
Quia in eo Dominus Iesus Christus præfigurare voluit futu-  
rum aduentum suum, & hoc dicere, quia in spiritu Heliae  
erat Ioannes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentum, hoc  
erit Helias ad secundum aduentum. Quomodo dico aduen-  
tus Iudicis, sic dico praecoris. Iudex quidem ipse, praecores au-  
tem dico: non dico Iudices. Oportebat autem Iudicem primo  
venire iudicandum. Misericordia primum praecorem, voca-

uit illum Heliam: quia hoc erit in secundo aduentu Heliae,  
quid in primo Ioannes. Namque intendat charitas vestra  
quam verum dicam. Quando conceptus est Ioannes, vel po-  
tius quando natus, Spiritus Sanctus hoc de illo homine imple-  
to prophetavit: & erit, inquit, præcursor altissimi, in spir-  
itu & virtute Heliae. Non ergo Heliae, sed in Spiritu & vir-  
tute Heliae. Quid est in Spiritu & virtute Heliae: in eodem  
Spiritu via Heliae.

Quare via Heliae? Quia quod Helias secundo, hoc Ioannes primo aduentu fuit. Rekte ergo modo Ioannes propriè respon-  
dit. Nam Dominus figuratur, Heliae ipse est Ioannes: ife au-  
tem vt dixi propriè: Non sum ego Helias. Si figuram præ-  
fessionis aduentus, Ioannes ipse est Helias: Quod enim ille ad pri-  
mum aduentum, hoc ille ad secundum erit. Si proprietatem  
personæ interrogas, Ioannes Ioannes, Helias Heliae. Dominus  
ergo ad præfigurationem rekte, ipse est Helias: Ioannes au-  
tem recte ad proprietatem, non sum Helias. Nec Ioannes fal-  
sum, nec Dominus falsum: nec præco falsum, sed si in-  
ligas.

Sic Tertul. l. de anima. Orig. tract. 3. in Matth.

Ch. ylost. hom. 4. in 2. epist. ad Thess. Theodore.

Greg. lib. 9. in Iob. c. 4. Hilar. can. 71. Theoph. Beda.

Anselm. Aretas. D. Thomas. At Rufertus dubitauit  
ob Hieronymum. Ille in Z. chartiam ita loquitur. Pof. Hier.

Mosen, cuius mandata spiritualiter docuimus esse seruanda; mali

Eliam dicit esse mittendum. In Moyse legem, in Elia Pro-

phetiam significans, dicens Abraham ad quendam dicitur

purpuratum: Habent Moysem & Prophetas, illos ardant.

Et Dominus atque Salvator transfiguratus in monte, lo-

quentes secum habebat Moysem & Eliam in candidis vesti-  
bus, qui & dicebant ei quæ passuras esset in Hierusalem.

Lex enim & omnis Prophetarum chorus Christi predicit pa-  
ssionem. Igitur antequam veniat dies iudicij, & percussus

Dominus terram anathematice, sive omnino vel subito, vt Lxx.

transfluerint, hoc enim significat ζόδν, mittet Dominus in

Eliam (qui interpretatur Deus meus, & est de oppido Theli,

qui conuersione & penitentiam sonat) omnem Prophetarum

chorum, qui conuertat cor patrum ad filios, Abraham,

ridelicet & Isaac & Jacob & omnium Patriarcharum: vi-

credant posteri eorum in dominum saluatorem, in quem &

illi crediderunt. Abraham enim vidit diem domini, & latu-  
sus est sine cor patrum ad filium, id est, cor Dei ad omnem qui

Spiritu adoptionis accepit. Et cor filiorum ad patres ve-  
rum, vt Iudei & Christiani, qui nunc interfunduntur, pa-

rii in Christum religione consentiant. Vnde dicitur ad Apo-

stolum, qui Seminarium in toto orbe Euangelij proddiderunt: Pro Di-

patribus tuis nati sunt tibi filii. Si enim Elias non cor Pa-

trum ad filios ante conuerterit, & cor filiorum ad patres ce-  
rum cum venerit dies magnus & horribilis (magnus sanctus,

horribilis peccatoribus) percutiet verus & iustus index mun-

celum, nec eos qui versantur in celo, sed terram anathematice,

sic faciunt opera terrena Iudei & Iudaizantes heretici ante

ηλιουμένον suum, Eliam putant esse venturum, & restitu-  
runt omnia. Vnde & Christus in Euangelio proponit quod:

Quid quod Pharisei dicunt quod Helias venturus est? Quibus  
ille respondit Elias quidem veniet, & si creditis, iam venuit  
Elias iannem intelligens.

Alioquin in Matthæum ipse censet venturum Eliam; sed comm. Hieronymi non est. Verulissimam  
tamen sententiam esse docet. Iustin. in dialogo cum Trythem. Ambr. in 1. Cor. 4. Isidorus de vita & mor-  
te Iancorum c. 35. Omnes in c. 11. Apoc. Quin etiam  
70. verterunt Ηλιαν τὸ Γερβίνιον Eliam, Thesbiten, Hiero-  
nyme certam se personam mittere ostendat. Denique ve-  
niens percutiet terram anathematice. Hieronymus pre-  
spiritualiter interpretatur. Vide etiam Bellar. lib. 3. de my-  
Pontif. c. 6.

§. 2. Qui μετεμψύχωσι seu transanimatio-  
nem hic imaginantur, a vero plurimum aber-  
rant. Non enim anima Eliae in Ioanne fuit. Sic  
etiam

Venturus  
Elias est.

Malachia  
Prophetia  
in solo Io-  
anne non  
penitus  
impleta.

Quare  
adventu  
Heli-  
ae  
neg-  
Eli-  
la-  
chae.

Tertul-  
ianus  
ludic-  
gium.

Adventu  
Dominii  
primus  
no-pagan  
datu-  
fici.

Eli-  
ae  
bu-  
mori-  
tatu-

etiam gentes in comparatione virtutum & viotorum, per Ionas confundere videntur. Sic Lucullum vocabant togatum Xerxes. Sic, Tertius ē celo cecidit Cato. Alii innumerā ad hanc formā vīspantur.

§. 3. Piscator pēr tropūm hēc dīcta esse ait, ideo multa orīti incommoda, dum non attendit ad tropūm. [Nam tropū non obseruati multos erōres gignunt: cuius rei exemplūm hic habemus in Iudæis: qui locum Malachie de Elia falso interpretati sunt, eo quod ad tropūm metaphoram non attenderunt.]

Respondeo heretico tropītē: Non esse hic tropū omnino, vt ex parte iam ostendi. Neque enim Malach. 4. tropūm fingere licet, cum dies illa accensa sic uīcamūs: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammatib[us] eos dies vienens, dicit Dominū exercitū, que non derelinquet eū radicem & germe[n]. Et v. 3. Ec calabriti impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Quæ extre[u]mo in iudicio perficiuntur.

§. 4. Parens in Apoc. 11. 43. [Hoc non necessariū, rīo de extremo die iudicij intelligitur: quia etiam pri- mus Christi aduentus, fuit magnus mysterio incar- nationis & miraculūs; terribilis vero impis, quod trepidatio Herodis & Iudæorum testatur. Sed esto: etiā Ioannes venit ante diem iudicij. Nec dicit Malachias præcīle tribus & dimidio anni ante iudicium Eliam venturum.] Non potest hoc inquam dici. Quia in scripturis, Prior Christi aduentus gratus, acceptabilis, gaudij plenus dicitur. At vero ille terribilem extre[m]us semper nominatur. Deinde valde peregrinum est, Ioannem dici venire ante terribilem diem: qui venit ante Christi aduentum. Nam circa illum diem conuertet, quando veniet, eit dies sicut caminus suc- cens. Itaque in illa tempora Elias promittitur, quem Dominus venturum ait. Nam ad consolacionem illam de Eliā Prophétiam interserit. Sentendum igitur cum veteribus, & scripturæ verba proprie accipienda sunt, nec vnius alteriusue curanda sententia. Tertullianus quidem iam senior & Hæreticus aper-te negat eum venturum lib. de pudicitia cap. 8. Ve- rum aliter lib. de anima. Hoc est ex malis fructibus bo-nam arborē intelligi, id est, ex pessimis præceptis doctrinam veritatis agnoscī. Spero hūtūmodi hereticos Helias quo-qui uader exemplū, tanquam in Ioanne sic representati vi metemp̄ychoſi patrocinetur pronuntiatio Domini, Helias iam venit & non cognoverunt eum: Et alibi: Et si vultis au-diri hic est Helias qui venturus est, Nunquid ergo & Iudei ex opinione Pythagorica confalebant Ioannem, Tu es Helias? & non ex predicatione diuina: Et ecce mittam vobis Heliam Thesbiten. Sed enim metemp̄ychoſi illorum reuocatio est a-nime iam priuam morte functa & in aliud corpus iterata. Helias autem non ex deſectione vite, sed ex translatione ven-turus est, nec corpori reſtituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus. non ex postlimio vi-te, sed ex ſupplemento Prophetie, idem & ipſe & ſu[m] homini, & ſu[m] nomini. Sed quovodo Helias Ioannes? Habet Ange- li vocem: Et ipſe (inquit) precedet coram populo in virtute & in Spiritu Helias non in anima eius, nec in carne. Hac e-num ſubſtantia ſui cuiusque ſunt hominis. Spiritus vero & virtus extrinſecus conuertur ex Dei gratia, ita & trans-ferri in alterum poſſunt ex Dei voluntate, vt factum eſt retro de Moſe Spiritu.

Hieronymus valde ambigue loquitur, & vt dixit Ribeſta ſpiritualiter interpretatur. Verum plurain c. 11. 4. A- pocal.

\*\*

Adami Conzen in Ewang. Tom. I.

## VERVS 15.

Qui habet aures audiendi, audiat.

## QVÆSTIO I.

An non omnes habeant aures au-diendi?

§. 1. **A** Vres audiendi habere, aliud non est, quam habere attentas, dociles, obedire paratas: non quales illi. describit, c. 6. 9. Est vero locutio pro-uerbialis, qua rei magnitudo, & necessitas declaratur. Excitanturque Auditores ut in rem ad quam percipiendam sensus dati sunt, incubant:

§. 2. Sine ratione hic argutatur Piscator, fidem esse tantum electorum; eos enim solos habere aures audiendi, coeteros vero nequaquam. Multi enim ha-bent aures audiendi, vt credant, & aliquando à fide recedant, accipiunt verbum cum gaudio, At in tem-pore tentationis recedunt. Verbum audiunt, aſſentuntur, sed non faciunt. Creditur, vocantur, sed non perseverant.

## VERVS 16.17.

*Cui autem similem aſtimabo genera-tionem istam? Similis eſt pueris ſe-dentibus in foro, qui clamantes coequalibus: dicunt, Cecinimus vobis, & non saltastis: lamenta-rium vobis, & non planxit.*

## QVÆSTIO I.

Quæ, &amp; quo tendit illa ſimilitudo?

§. 1. F Requentissimum vius eſt interrogatorium in parabolārum principio, Thalmuth Ieroſ. c. 2. de benedictionib[us]. Putant nonnulli ciuſmodi pueri. Origof-rum lufsum eſte diuīſis choris, quod in ſolens non eſt, miliu-ndam reuera ex re queſit, ſimilitudo ducitur, ſcimus nam reuera ex re queſit, ſimilitudo ducitur, ſcimus pueros omnia imitari, ſi funus vident duci maxime. Ego, aliqua nouitate, vel apparatu ipſi quoque eadem a-gunt, ijdemeque in plateis prælia, Magistratus, & alia tractant, vt illi in littore Alexandrinō, à quibus Episcopus lectus Athanasius. Cum ergo funera eſſent plura tibia, tuba, lamentatrices, praeficæ, id pueri imitabantur, interim exprobantes aequalibus, ſi non lamentarentur, atque ira ludum rumperent, atque ſic ad ſaltationes inuitabant, & choreæ accommoda-canerent: at obſtrutati, ſi ne tum quidem collude-rent, merito videbantur à communī hominum conſuetudine abhorre, valde doleñtibus illis, quod feruidi in lufsum cogebantur aliorum faſidia ferre. Non eſt autem pars parti applicanda, & res tota toti. Nec enī pueri Ioannes, nec Christus, ſed hoc dicitur: Duo modi ſunt conuertendi homines; priuus eximia vita sanctitate, quæ eſt in austeritate externæ viræ, qualem habuit Ioannes, in quo nihil fait quod reprehendere, nihil quod imponitur habereſt ſu-picionem, vt qui luculentu[m] patrimonio & lieto cre-mum coleret, cibis humanis vix vteretur, Herodem vita pericolo moneret, & ramen non partierunt illi, iudeorum Alter modus eſt, benignitate, & humanitate, ne fugerent, ne austeritate terrentur, itaque Christus vita, synagogis, conuicijs interest, ſanat miseros, at ne ſic quidem adiungere ſe voluerint, modus ergo alius

non restat, sed merito relinquuntur. Impiam igitur morositatem taxat, cui omne Dei consilium omnis ratio docendi displicet. Riber a noster in Ofe. 14. n. 25. Huc adfert illa ve. ba Prophetae. *Quis sapiens & intelliget istas intelligens & sciet hanc? quia recta via Domini & iustitiae ambulabunt in eis; prauaricatores vero corrident in eis.*

## QVÆSTIO II.

*An saltationes probent?*

§. 1. **S**Altationes sunt duplices, quædam pœ & fœtæ ad indicandum in Domino lætitiam. Quales erat, Davidis 2. Reg. & forsan & Mariae Exod. 15. & 1. Regum 18. vbi nulla lasciuia, nulla ad eam irritatio.

Aliæ impia & lascivæ, detestabiles, cum viri cum fœminis fracto corporum motu libidinosisque cantionibus choreas ducunt: quas Ecclesia Dei Sp̄itu damnavit.

## VERVS 18.

*Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens: & dicunt, dæmonium habet.*

## QVÆSTIO I.

*Cur dæmonium habere dicant?*

**A**dmonere aliæ finge-  
bant. §. 1. **Y**rus veritatem dixisse puto, non obfessum quidem à dæmonio, à quo vexaretur, more aliorum energumenum, sed habere sp̄itum πάγες φοβού, à quo occulteretur. **Q**uidam exemplaria apud Erasmum habent ἐπὶ πνεῦμα ἔστιν, quia sp̄itūs ēst; **Q**uidam à dæmonio obfessi, vel nullis cibis, vel obfessis vescuntur: hinc originem calumniae Pharisei traxerunt. **H**ac deinceps multa & curiosa exempla ineditæ portentosæ passim narrari solent.

**A**usteritas Ioannis. §. 2. Apparet quam oporteat serio & constanter seruum Deifamam tueri, id enim ad gloriam Dei & animarum salutem perquam vilie est. Denique quantum illi à vero aberrent, qui communis & vulgaris cibo vsum Ioannem imaginantur, quos contra c. 3. disputationi, nisi enim admiranda ciuius severitas fuisset, nequaque dæmonum auxilio homines improbi id tribuissent.

§. 3. D. August. lib. 17. c. 31. contra Faustum Manicheum ostendit, cibos quosdam non esse immundos, ideoque contaminare homines, nec ideo ciuinare nos, quod eos immundos ducamus. Verba eius sunt. *Dieū enim & tu Christum sic docuisse ciborum indifferenter, ut & suis quidem discipulis omnes carnes penitus remoueret; secularibus vero vulgo concederet omnia, quæ possent ediri atque assueraret quod eos nihil in trans pollueret, quia que de ore impudenter procedunt, ea sola sunt, quæ polluant hominem. Hæc verba tua sunt, tanto impudentiore, quanto aperiore mendacio deprimita, & expresa.* Primo quia secundum Christifentiam si ea sola polluant hominem, quia mala ex ore procedunt. *Cur & discipulos Christi non ea sola polluerent, ut eos tanquam ab immundi caribus esse necesse prohiberi?* An seculares homines non polluantur, hū que in os intrant, sed hū que ex ore exēunt? Ergo munitiones sunt aduersus immunditiam, quam sancti, si sanctos & ea que intrant, & ea quæ exēunt possunt inquirare. Velle autem isti mibi dicent, quid manducabat & bibebat Christus, qui in comparatione Ioannis non manducantem neq; bibentem, sedixit manducantem & bibentem; cum enim argueret perniciatem hominum vrobiq; calumnias inquirentium, *Venit, inquit, Ioannes non*

*manducans, neq; bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis, manducans & bibens, & dicunt &c.*

## VERVS 19.

*Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis.*

## QVÆSTIO I.

*Cur Christo calumniam impec-  
terunt?*

§. 1. **C**onuiua non modò Phariseorum, sed etiam Christi publicanorum adibat, hoc contra legem esse iudicabant, cum autem veram causam igne rarent, ratiocinarentur, cum velut transgressorū legi iudicabant. *repudiatum*, cum velut transgressorū legi iudicabant. *repudiatum*. Magna enim ratio videbatur; cur adit poteriorum basim, interestque epulis, nisi quia vorax est & potator: quasi vero nullam ob causam aliam, nisi ventris iniquitatem vel insitum vel iniuriam conuia possint. Tanto autem indignatio erat calumnia, quanto Christi innocentia conspicitor, vt qui nullo unquam loco leges temperantiae translierit. *φάριξ* vocant; *voracem φάριξ* edacem. Erasmus comedonem appellat, quod infame & venibile est, non modo dedecore voracitatis, sed etiam fam prodigalitatis, ita cum veteres appellabant, qui bona sua comedebat, ut loquuntur. *φάριξ* autem, qui immodecum cibis vescitur. Vnde & *φάριξ θεαντας* appellant morbum cum infatibilitate esca appeterebatur. Erant apud Athenienses festa, quæ *φάριξα* dicebantur, voracitatis certamine quodam infamia. Eulodus igitur coniuiam Christum detestabant. Syrum vocabulum hoc loco infame non est *אַלְכָבָב* Echila, edens, sed in malam partem Pharisei accipiunt.

## QVÆSTIO II.

*Quomodo iustificata sapientia à filiis suis?*

§. 1. **Y**rus habet, à servis suis, sed eodem recedit, indicat enim sapientiam à cultoribus suis esse iustificatam; quis vero sensus sit admodum anceps fecerunt interpretationes auctorum. Prima interpretatio: Sapientia est Christus, Dei filius. Secunda: Sapientia est diuina prouidentia. Tertia: Sapientia est auctorita mundana. Atque haec de sapientia veritatis. Qui filii sapientia, etiam controvenerunt.

Primo filios auctum Christum & Ioannem. Secundo: Iudeos contumaces & incredulos. Tertio: Iudeos conuertos & fideles. Quarto: filios generationis istius.

Iustificationem sapientiae sic interpretantur. Iulianæ sensus: id est, laudata, à calumnijs purgata, cognita. Ex temporibus suis & combinationes multiplices oruntur, tandem totidemque sensus.

Sensus Primus. Sapientia Dei, Christus Iesus, ab eodem Christo Iesu & Ioanne laudata, defensa, cognita est. Ut inexcusabilis sit, si quis agnoscere nolit, nefarius, si quis calumnietur.

Sensus Secundus. Diuina prouidentia in salute iudiciorum ab omni accusatione liberata est, à me & Ioanne filijs sapientia, vt qui prætentiae & austeritatis, & deinde humanitatis exempla dedimus, vt qui la-

men-

## Q V A E S T I O I .

Cur exiitum denunciet ciuitatibus?

mentauimus, & non planxitis, cecinimus & non saltatis. Hoc est, ostenditis contumaciam vestram, aduersus omnia remedia iniunctam esse. In vobis igitur, non in Deo exitii v. isti causa residet.

Tertius Sensus: Mundana sapientia à me, & Ioannes filii sapientiae iustificata est, qui sensus est adū-  
gat: non enim Christus & Ioannes filii sunt sapien-  
tiae mundanae.

Quartus Sensus: Iudei filii sapientiae, hoc est, Christi & Ioannis, vel diuinæ prouidentiae, hanc sapientiam iustificarunt. Itaque trip' ex his sensus inclutur. Nam filii dici possunt, veluti discipuli, & deinde suis factis, & v. r. ibis iustificare sapientiam, siue illi boni, siue mali sunt. Hic igitur alii, Quintus scilicet, & sextus Sensus coniunguntur. Quibus si addas tres explicationes verbi, iustificata est, iterum temes expositiones inuenies.

S. August. l. 2. quæst. 11. legit ab omnibus filiis suis. Hieron. auctor est in quibusdam legi, iustificata est sapientia ab omnibus suis.

§. 2. Nullum mihi dubium est, quin sapientia hoc loco vocetur Dei prouidentia: Lucas enim paraphras alia exposuit. Omnis populus audient, & publicant iustificari Deum. &c.

Postea cum subiungit, ab omnibus filiis, fatus indicat, non Christum & Ioannem vocati filios sapientiae, sed eorum fidèles discipulos, qui consilium Dei non solum.

Hinc etiam apparet, male vertisse Lutherum; Und die Weisheit muss sich rechtfertigen lassen von ihren Kindern: Quod proprie est, iudicari, & ita interpretari solent: Quasi de ipsa sapientia eius discipiūlūdūcent.

Fili Sapientiae sapientes etiam dici solent. Hic optime dicuntur discipuli. Syrach. cap. 4. verl. 12. οὐδὲν τις αὐτὸς ἀσύλωτος, Sapientia filios suos exaltavit, & Eccl. c. 4. v. 8. Bas. in Psal. 7. πάντα δέ οὐδεὶς τοις εἰ τη βεργαρία μεμορφωμένος, ἐδιέγευσεν φονον σφαγὴν τῶν τεκνῶν αὐτῆς. Filios vero sapientiae eos, qui Dei cognitione formati sunt, iustificata est enim sapientia a filiis suis, inquit.

## VERVS 20. 21. 22. &amp; 23.

Tunc caput exprobare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes eius, qua non egissent paenitentiam. Va tibi Corozain, va tibi Bethsaïda: quia si in Tyro & Sidone facta sunt virtutes, qua facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere paenitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu Capharnaum nunquid usque in celum exaltaberis? usque in infernum descendes, quia si in Sodomis facta sunt virtutes qua facta sunt in te, forte manserint usque in hanc diem.

## Q V A E S T I O I I .

An fieri possint que non facta?

§. 1. Res erant ad lacum vrbes Corozain, & tres vrbes Bethsaïda, inter quas magnum emporium plena diuina Capharnaum, cuius ista duæ quasi suburbia censebantur. Vrbes plena diuitiis, & quod diuitiarum contiuam sequi amat, plenissimæ virtutis; quas è terra ybere, lacu pisco, negotiatione hauriebat. Speciatim ingratitudinem & peruvicaciam qua spiritui sancto refitterunt incusat; cum tot miracula vidissent, conciones audissent, non crediderunt, nec paenitentiam egerunt.

Caluinus lib. 3. inst. cap. 24. v. 15. ita causam obdulationis in Deum referit, & negat potuisse conuerteri, ut ciuitates excusare velle videatur: de quo postea agetur.

## Q V A E S T I O I I .

An fieri possint que non facta?

§. 1. Probat hoc Bellarm. l. 2. c. 17. de amissione gratiae & statu peccati. Porro cognosci posse à Deo non solum illa, qua futura sunt absolute, sed etiam ea, qua essent, sunt, que si tales, vel tales causa ponentur, licet re ipsa naniquam futura sint, per secum est ex diuina litera. Nam 1. Reg. 23. interrogatio Domini à Dauid, an si ipse maneret in vrbe Ceilam, prodereur à ciuibus illius vrbes in manus Saulis: Respondit: Tradent. Sciebat ergo Deus futurum, vt Dauid proderetur, si maneret in Ceilam, & tamen quia non manerit, non fuit proditus, & absolute non erat futurum, vt proderetur. Et Matth. 11. Dominus ait, si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes, qua facta sunt in te, olim in cinere, & cilicio paenitentiam egissent. Scibat igitur Dominus, fore vt Tyri, & Sidoni conuerterentur ad paenitentiam, si miracula illis ostendisset, qua Bethsaïda fecerat, quod tamen absolute futurum non erat.

Potuit saepe Deus alia que non fecit, aut haec que fecit, alio modo facere, ideoque scire quid facere potuerit.

§. 2. Caluinus hoc loco id negat effici. Ceterum, inquit, ne quis spinosas de arcans Dei iudicis questio-  
nem moueat, tenendum est ad communem humanæ  
metis captum accommodati hunc Domini sermonem.  
Comparans ciues Bethsaïda, & eorum vicinos cum  
Tyris & Sidoniis non disputat, quid præviderit Deus  
futurum de ipsis vel illis, sed quid facturi fuerint alteri,  
quatenus ex re ipsa percipi poterat. Nam quod tam  
corrupti erant illarum vrbelum mores actam effrenis  
dissolutio, ignorantia imputari poterat: quod nulla  
illuc vox Dei audiebatur, nec miracula siebant quibus  
admoniti resipescerent: in vrribus autem Galileæ  
quas Christus obiurgat, plus quam ferrea fuerat con-  
tumacia in spernendis miraculis, quorum ingentem  
copiam viderant sine ullo profectu. In summa, non a-  
lio tendunt verba Christi quam malitia & insanibili  
Dei contemptu Tyrum & Sidonem superari à Cora-  
zin & Bethsaïda.

Ostendit Christus quidem maiorem esse Iudeorum quam Tyrorum contumaciam, at non simpli-  
citer, sed ex effectu, quod illi si ea monita, gra-  
tiamque habuissent, paenitentiam egissent, quod iudicat:  
Iudei non fecerunt. Hoc non pronunciaret, nisi iam  
id prævidisset futurum, nec id communis sensu ho-  
minum, sed a canâ Dei scientia definit. Hominum  
enim opinio plane contraria fuit: Tyrios & Sidonios  
esse canes, le iustos. Equidem memini Philosophos  
aliquando Aristotelis autoritatem ita eludere, vt  
dicant eum non ex sua, sed veterum sententia lo-  
cuteum; at nostri Sectarii magna impiate cum

Chr̄isti  
verbæ-  
uertunt.

Hereses  
incremen-  
tum.

Deum  
ratio-  
nando  
conijcere

Vorſius  
Deum  
mutabi-  
lentia

Christi sententiam suis aduersari sedis intelligent, eum ex vulgi sententia locutum asseuerant. Verba Domini sunt. In cilicio & cinere penitentiam egissent. Hic Caluinus; non quod prauiderit Deus, quod facturisue- rim. Quomodo ergo affirmat? An Deus coniectura v̄sus id dixit? Mihil non tam mirum videretur id hominum impios ex cogitasse, quam atrox, quod inde deducere conati sunt eorum posteri: nunquam enim vbi ceperit, haeresis constituit. Multorum errorum etiam inter suos, insimulatum est Vorſius us. Nam auctor qui examinat reſponſonem eius ad articulos ex Anglia misſos. Articulo Tertio, hanc illi haeresi imputat. Dicere eum; Deum de futuro per discursum & ratiocinando conijcere.

Nam pag. 452. dicit. [Videtur omnino quædam dianœa, fed mere diuina & nostræ valde diffimilis es- se in Deo; sicut ex reſponſione ad II. colligi potest;

„ nam de quibus ab ſolūtione nihil ipſe definiuit, ea rat- „ cinando, vel in hanc, vel in illam partem colligere di- „ citur: Vid. exempla Gen. 18. &c. Sed improprie & me- „ taphorice, citraque omnem veram humani diſcurſus putant. „ imperfectionem accipienda inquit.]

„ Er pag. 311. [Sapientiam Dei per le minime requi- „ rere, vt Deus omnia & singula quæcumque nunc in „ mundo ſint ab aeterno Scientia Visionis absoluta „ prænouerit.]

Et. [Etiam Deus ſuo modo aliquando metuit h.e. merito ſuſpicatur, & prudenter coniicit, hoc vel il- mutabit, lud malum euenturum ex aliquo ſuo opere, ſi ipsum forte procedat, eoque opus ipſum iam incepit de- ferit, aut immutat.]

Hoc eſt ex illa doctriña, qua negatur, Deus præui- diſe quid aucturi fuiffent Tyrii & Sidonii, ſi signa in- ter eos edita fuiffent. Sed tantum iudicate, quid hu- mano more viderentur facturi fuiffe.

### Q VÆSTI O III.

#### An negata illis urbibus gratia?

§. 1. Noh præuenit, non adiuuit magno auxilio, quo multos ducit, gratiam tamen ſufficientem dedit, qua poſſent, non dedit illam, qua peruenirent etiam reiſpa. & facto.

Itaque non negat Christus Tyriis & Sidonis datam ſufficientem gratiam, ſed non datam eam, qua Corozais & Bethſaidis, cur id non fecerit, ſe re non poſſimus, nec has eft inquirere. Ita veteres D. Proſp. Resp. lib. I. Qui enim voluntatem Dei ſpreuerunt inuocan- tem, voluntatem Dei ſentient vinduantem. & lib. 3. cap. 6. De Tyriis vero & Sidonis, quid aliud poſſimus dicere quam non eſt eū datum ut crederent, quos etiam credituros fuiffe ipſe veritas dicit. Si talia, qualia apud non credentes facta erant vir- tum signa ridiſſent? Quare autem hoc ei negatum fuerit, dicant ſi poſſent, qui calumniantur: & oſtendant cur apud eos Dominus mirabilia, quibus proſutura non erant fecerit. Nos etiam ſtrationem facili & profunditatem indicij eius penetra- re non poſſimus, maniſtissime tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & iuſtum eſſe quod fecit. Et non ſolum Tyrii & Sidonios, ſed etiam Corozaiam & Bethſaidam poſſuisse concerti, & fideles ex inſidelibus fieri, ſi hoc in eis Dominus voluiffet o- perari.

Dei confi-  
liumin al-  
tera vita  
apparebit.

S. August Enchir. c. 96. In illa vita, hoc eſt futura, agnitos, quod negat Toffanus, quia ex ſola ſedoxa eſt, ſed tamen ſua ſedoxa, coniſtat Deo ratio, quam eis reuelate potest.

§. 2. Non ideo perierunt, qu'a non eſt illis prædi- catum, ſed quia peccarunt, & gratiam ſuam quale- cumque repudiaron.

§. 3. Tyrus & Sidon urbes nobiles 200. ſtadiis diſtanciæ, porti opportuno plena diuinitis & opibus, cum illis commercia erant tribus urbis Iudaicis, nam per Capharnaum transitus erat orientalibus

Tyrum & Sidonem. De illis Isa. 23. 1. Ezech. 26. 2. & 27. 3. & 28. 2. Amos. 1. 9. Vicinæ Iudaicæ & fidem diſcre, & Dei cultum poterant. Ita magnam gratiam, ſed non parem Iudaicæ habuerunt.

§. 4. Repudianda eft proſlus eorum opinio, qui Graeci existimant puniri quodam, quod Euangeliū fuſt, dum ſent contemptui, ſtipulis promulgatur; eodem enim præmodo dici poſſet etiam Tyrios, Sidonios, Sodomites, glorificandos, quod eſſent acceperunt & creditur. Ve- rum eſt quod buſdam non propoſitum fuiffe, ideo quod creditori non fuiffent, non tamē ideo puniendo ſunt, quia erant reieciuti, ſic nec datur gratia ob prauitum vſum liberi arbitrii, nec negatur ob prouifum neglectum.

§. 5. August. lib. I. ad Simplic. quæſt. 2. oſtendit gratiam efficacem non physica dari determinatione, ſed per modum ſuafionis. Igitur non volentis, &c. qui Graeci hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui ſecuti ſunt re- bationem. Et deinde: cuius miferetur, ſic eum vocat, quomodo no- ſit ei congruere, vt vocantem non refuas. Et I. 2. de bono perfeuerant, c. 1. 4.

Caluiniani respondent, vt Parens, ſuafionem re- ferri ad effectum cum interna motione, non ad inge- nium hominis, vt illud ſit idoneum parere ſuafioni. Verum nemo eſt, qui externam ſuafionem sine interna gratia efficacem diſcat, nemo etiam Catholi- cus qui irrefiſtibilem, & libertati aduersam motio- nem admittat.

### Q VÆSTI O III.

#### Quæ vera Penitentia?

§. 1. Non ſola reſipientia, qua sit melioris vitz inchoatio, ſed etiam in deſtatione pri- ſis, in alſum pta pœna cilicij & cineri contiuit. Et vero hic μετενομω, γραμ Syriacæ, quo aduersarii de ſola emendatione dictum contendunt. At cilicium, οὐκκαὶ τρόπος oſtendunt iam ante eos reſipientia, & porro poenitentiam agere, quos vere deli- tuum poenitet.

Errarigunt B. za quando ait cum ſacco & cinere in- ſervare regi atque particulam ex exprimens per eum cum.

### Q VÆSTI O IV.

#### Quæ minatur Capharnaum?

§. 1. In Graeco legitur ἡ ἐως ἡ ἔχει τὸ πένθος, que in celum exaltata eſt, ita apud Luc. 10. 15. Vatica- nus & Parisiensis codex habent μὴ ἐως, nonne vſque.

In celum exaltata eſſe dicitur, Christi habitatio- ne, doctrina, miraculis illustris, vel opibus, negotia- tione, gloria, nam celebre admodum emporium fuit. Sententia contra eam profertur, vſque ad infernum καὶ διὰ βαθύτερον descendes, ſeu deduceris. Iun. & T. emell. in- pre in ſoueam, cum fit eis ἀδελφοί, & Piftator Caluiniānus ſpudi- ciat. τὸν ἀδελφὸν Plutonίον. [Vique ad infernos, inquit, τὸν ἀδελφὸν Plutonίον. Adverb. vſque ad Plutonīum, ſubadiuntur ὅτι id eft, domum: ellipſi Attica. eft autem illa periphrasis, id ē gehennæ: quem infernum vulgo di. iuviſ; Germani eft die Helle. Syrus habet, vſque ad ſepulchrum ſeu ſoueam, לְאַשְׁׁר־כִּי־אָשֶׁר Erenim nomen אָשֶׁר ſchol, quod apud Heb. aeo ſepulchrum ſignificat, a Græci interpretes reddiderunt nomine ἀδελφοί, ve Plat. 16. non relinques animam meam εἰς ἀδελφούν: pro quo Act. 3. dicitur εἰς ἀδελφούς Gen. 37. Descendat ad filium meum lugens εἰς ἀδελφούς. Attamen iſtud nomen de ge- henna, ſeu loco damnatorum accipitur. Luc. 16. 23. Et ita accipiendo quoque viderunt hoc loco: quia paſs mundi ſumma atque extima parti inſimilatque ini- ma videtur oponi.]

Itaque

Iraque non sepulchrum modo, sed damnationem illi minatur. Iosephus eius mentionem non facit, per ille constat, quia post bellum Titiānum non fuit.

## QVÆSTIO V.

*Cur dicit forte?*

§. 1. **G**ræce ἐμενάντιον, quod noster forte vertit. Quidam autem illud ἐντείλασθαι affirmant, non dubitantis. Alii esse particulam δύναμιν, & perinde esse, ac si dicat, potius manere. Franciscus Lucas. Interpres ἐν δύναμι forte, non hic tantum, sed & alias frequenter (Ioh. 3. v. 46. Psal. 80. v. 15.) id quod conuenire potest, quando particula est δύναμις sue potentialis: quomodo tam hic accipisti interpres videtur, ita ut forte mansissent, dixerit pro mansiffere potuisse. Aliquando vertit, vtique, (Heb. 8. v. 7.) ac videtur nonnunquam abuti forte pro vtique, aduerbio dubitandi pro confirmandi, ut illo loco Psalmi, & fortia sua etiam isto Euangeli. Aliquando denique relinquit intactam, non vertit, (mox v. 21.) quo modo etiam alijs Interpretates, cum illic v. 21. tum hic v. 23.

Mihi hic ut alibi videtur loqui ἀπόγεων τῶν, more humano, si enim interrogat quasi ignorans rem factam, & admiratur, quasi ignorans causam, cur non etiam dicat forte futurum fuisse, quod sciebat, certissimo futurum. Nec mirum Christum ita loqui. Gen. 3. 22. De verba sunt γένεσις ne forte mittat, nec tamen Deus ignorabat quid aeternus esset, si in paradyso mansisset, & 70 verterunt. *μὴ ποτέ.*

## QVÆSTIO VI.

*Recte verbis illis probetur idem Deus noni & veteris Testamenti esse?*

§. 1. Plane ostendit eundem Deum, & Sodomorum vindicem, & ciuitatum, quæ nunc eorumdem criminum consortes sunt; idem certe eosdem iudicabit alios remissius, alios leuierius. Idem Loth eum deo ipius & Apostolos. Ita olim 1. 4. aduersus Hieros Ierubiel etiam natus. Vnum & eundem annuntians Dominum, qui in tempore proibit Noe propter inobedientiam hominum superinduxit diluvium, & temporibus Loth propter multitudinem peccatorum Sodomitarum pluit ignem a calo: & in nouissimo tempore propter hanc eandem inobedientiam & similia peccata, superducet diem iudicij: in quo ait tolerabilis Sodomis & Gomorras futurum quam illuciuat & domuit, qua non receperuntur Apolorum eius. Et tu autem Capharnaum (dicitur) nunquid vsque ad calum exaltaberis? Vsque ad inferos descendes? Quoniam si in Sodomis facte fuissent virtutes, quæ facte sunt in te, mansissent vsque in hodiernum diem: veruntamen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quam vobis. Vnu & idem cum semper sit verbum Dei credentibus quidem ei, fontem aqua in vitam aeternam dantis, in fructuosa seruo sicut arborum arcificiis.

## VERVS 25.

In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terra, quia abscondisti hac à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.

## QVÆSTIO I.

*Quibus Euangeliū absconditur?*

§. 1. E piphonema est, in quod Christus ex consideratione pereuentium & salutis orum prorupit. Lucas ait eum in spiritu exultasse, cum haec diceret, nec

immediate tamē post hæc dixit, sed postquam discipuli redierunt, & reculerunt quid effecissent.

§. 2. Confiteri est Deum laudare, & sapientiam, Confiteri & bonitatem praedicare, ita accipi solet Heb. Πνεῦ Deum hada. Ita Sanctus Augustinus. Nunc ergo advertere laudare. Si confiteor, Christus dixit, à quo eſt longe omne peccatum: non solus eſt peccator, sed etiam laudatoris. Confitemur ergo, siue laudantes Deum, siue accusantes nosipos. Fia eſt vitaque confessio, siue cum te reprehendis, qui non es sine peccato: siue cum ultimam laudas qui non potest habere pecatum. Et de verbis Domini in Euangelio secundum Matth. Serm. 8. Audi ergo Dominum consistente. Confiteor tibi, Domine, pater cali & terra. Quid confiteor? In quo te laudo? Hec enim confessi ut dixi laudem haberet. Quia abscondisti hac à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Quid est hoc fratres? à contrario sensu intelligite. abcondisti hac, inquit, à sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea scilicet & imprudentibus: sed ait abscondisti quidem à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantis falso grandibus, vere autem tumentibus, opposuit non insipientes, non imprudentes, sed parvulos. Qui sunt parvuli? humiles. Ergo abscondisti hac à sapientibus & prudentibus. Nominis sapientum & prudentium Parvulus superbos intelligi posse exposuit, cum ait reuelasti ea parvuli. Ita ergo abscondisti non parvulus, quod est, non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis? O via Domini: aut non erat aut latebat ut reuelaretur nobis. Vnde Dominus exultauit: qua reuelatum est parvulus. Debemus esse parvuli: nam si voluerimus esse magni, quasi sapientes & prudentes, non nobis illud reuelaretur. Qui sunt magni? sapientes & prudentes, dicentes se esse sapientes scilicet sancti. Habet remedium à contrario. Si dicendo te esse sapientem, scilicet factus es: dico te scilicet & sapiens ore.

§. 3. Abscondit mysteria, & eximia gratia dona à Docti & sapientibus & prudentibus. σοφῶν καὶ οὐετῶν. Qui sapientes humana sapientia pollebant, tūdium monita asper etiam parvabantur, hi enim σοφοι, & οὐετοι dicebantur, Christi nulli. si facta & doctrinam disputatione, & reprehendere, quam amplecti malebant.

Parvulus, idiotis, humilibus patet fecit, eti enim inter hos docti sunt & sapientes, vocantur tamen parvuli, quia se Deo subiiciunt, & non ded gnatetur preceptores, habere Piscatores. Itaque νηπιοι non sunt infantes, sed qui dicta audient, credunt.

## QVÆSTIO II.

*Agitne gratias quod abscondit?*

§. 1. Q Væstionem proponit Chrysostomus. Non quod illis abscondit, sed quod cum illis abscondit, parvulus reuelat, abscondere dicitur, quia oblatum cum recipere nollent, retraxit. Deinde Christus eos excoecauit, sed non infligendo cæcitatem, sed ob eorum perūscaciam terrahendo lumen; Sic Euangeliū absconditur, dum lucem, qua id inueniant, non accipiunt, licet eā, quia inuenire possint, luceat. Non tamen mirum est Christum etiam idcirco laudasse Deum, quod abscondis: nam id quod laudabile fuit, efficit, superbis enim & contumaciæ merita pena fuit.

Respondens Iesus, dicitur: quia frequenter Hebrei sic sermonem inchoant. Verum hic vera est & emphatica ad cogitationes aliquotum responsio. Mirum videi poterat, tam nobiles & potentes ciuitates negligi; Christus non loquitur discipulis, sed patri gratias agit, quod ignobilem & ex contemptibilibus Ecclesiam collegerit. Non dignatus etiam eos, quos vocant superbæ facies populi. Cur id faciat, causa redditus. Quia sis placuit. Nobis id summo solatio est, quod ad regnum illud non opibus, non potentia, non scientia opus sit, sed ne generre, nec seculi splendo-

Abscondit  
non mani-  
festando.

Abiecta &  
legit Dette

splendo-

Splendore; cordis hic nobilitas & modestia sufficiunt. Voluit igitur Deus hoc indicare, fidem non ingeniorum, acuminis, prudentiae, potentiae munus esse, sed diuinæ misericordia. Non obstat humilis prudentia, non Deum timens scientia, non potentia se Deo submittens, nec adiuuat stupor, aut ignorantia, sordesque & paupertas, sed tamen ex pauperibus plures eliguntur, plures diuitium peteunt. Quia plures habent pereundi causas: & pauperes Deus pecuniali fauore elegit.

Abscondere dicitur, quod non reuelauit. Hilar. in Psal. 137. Duplēm in confessione significatiōnem esse in plurimis locis demonstramus: aut peccati nostri, aut laudationis Dei. Et hoc ita esse Euangelio dicto promptum est noscere. Nācūn ait Dominus: Confiteor tibi Domine pater celi & terra, quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus seculi, & reuelasti ea parvula, laudem Dei patris ob reuelata parvula, quia ignorata essent prudentibus confitetur: docens ideo absconsa ea esse his, qui prudentes vidarentur, quia non secundum innocentiam parvolorum preceptum Eu-gelii creditissent.

## VERVS 26.

*Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.*

## QUESTIO I.

*Quæ causa repulsa & assumptionis?*

§. 1. Ræcè legitur vñ o mñq, nominandi calu pro vocandi Attice. Arist. in ranis. o mñq aenætæi dñgo, o puer hñ sequere. Ita illis quoque locis, vt in quo clamamus Abba Pater, singulare autem affectu Christus hoc patris beneplacitum approbat, & laudat.

*Causa Dei voluntatis non est quærenda.* §. 2. Cur alii reuelat, alii non, noli querere, beneplacitum est. Itaque damnantur Pelagiani, qui gratiam aucti dari secundum meritum, vel ex præiubo bono vnu liberiarbitrii. Augustinus Serm. 48. de tempore: Facti huic equitatem, Abscondisti sapientibus, confirmat Christus, voluntatis paternæ iudicio: Vide quam terribilis fit in consilio Dominus. Disce humilitatis exemplum, nec tenere discutias superba dispensatio confilia. Cum dixit Christus: alii reuelauit, alii non, non mox rationem aliquam reddit: sed sic Deoplacitum dixit, ostendens, iniustum esse non posse, quod placuit iusto.

§. 3. An electio sit ex præiisis meritis, hoc loco disputant. Multi hoc loco vntuntur, vt offendant, electionem ad gloriam non esse ex meritis præiisis. Verum hic agitur de electione ad gloriam, seu interna vocatione, ostensione mysteriorum, cui altera illa connexa est, sed non necessario ea ratione, quia prior. Deinde in his ipsis verbis, sapientibus & parvulis ratio continetur, cur hi eligantur, isti relinquantur, quia illi superbe sapientes, indicantesque, hi deuoti parvuli, quanquam & parvitas illa ex donante est, & sapientia ingenii, sed abusus ex vito. Nam reuera ratio hic continetur, dandi, & non dandi, quia parvuli, & quia sapientes. Paruitas tamen ipsa, seu primum beneficium est ex sola dantis voluntate.

§. 4. Porto ea de questione alio loco disputandum erit. Iren. l. 4. aduers. heres: Vnum Deum Christi patrem & mundi fabricatorem probat. Rursum Dominus noster Iesus Christus eundem hunc Patrem suum confitetur in eo quod dicit. Confiteor tibi Pater, Domine celi & terra. Quem patrem voluntas audire, hi qui sunt Pandora & peruerſissimi Sophiste: Virumne Rythum, quem semetipſi fixerunt; an matrem eorum; an unigenitum? An quem Marcionita, vel ceteri adiuuerunt Deum? Quem

Paruitat  
datur,  
quod sa-  
pientia ne-  
gatur.

quidem non esse Deum, per multa demonstramus. An (quod) est verum fabricatorem celi & terra, quem & Prophete praedicauerunt, quem & Christus suum Patrem confitetur, quem & Lex annunciat dicens: Auði Israël, Dominus Deus tuus, vnu est.

## VERVS 27.

*Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.*

## QUESTIO I.

*Quomodo omnia tradita?*

§. 1. Non alienando, sed per æternam communi-  
cationem, Ioan. 16. 15. Omnia queunque habu-  
pater, meas sunt. Ersi illi me contemnunt, & viam ple-  
beculam mihi credentem, ramen & illi sub mea fuste  
manu, & omni sua astutia eo peruenire non possunt,  
vt sine me vel patrem, vel me agnoscant.

Eo igitur ista dicuntur, ne quis filium patre inferiore suspicaretur, & ut vim habeat maiorem, quam v. 28. subiungit inuitatio, vt ad eum accedant, qui omnia potest, à quo omnia expectare oportet. Iren. l. 4. omnia Christo tradita ab eo patre afferit, qui omnia creauit, non enim aliud Deus mundi creator, aliud Christi pater, sed vnu idemque, tradere enim ille tantum potuit, qui creauit. Tradidit autem humanitati gratiam, gloriam, imperium, filio vel secunda persona in proprio diuinitatem, sed generaliter. Sed Irenæum audiamus. Consequenter autem & Apostolus ait. Vnus Deus (inquit) Pater, qui super omnis & in omnibus nobis. Similiter autem & Dominus Omnia habet (inquit) tradita sunt à Patre meo: manifeste ab eo omnia fecit. Non enim aliena, sed sua tradidit ei. In omnibus autem nihil subtractum est & proper hoc id est Iudeus rivenient & mortuorum, habens clauem David: apert. & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Nemo enim alius poterat nec in celo, nec in terra, nec sub terra aperire paternum librum, nec ridere eum, nisi agnus qui occisus est, & sanguine suo redemit nos: ab eodem qui omnia verbo fecit, & sapientia adornauit, accipiens omnium potestatem, quando verbum caro factum est, vi quemadmodum in celo principatum habuit verbum Dei, sic & in terra habet principatum: quoniam homo iustus, qui peccatum non fecit, nec inueniens est dulcis in ore eius. Principatum autem habet eorum, quia sub terra sunt, ipse primogenitus mortuorum factus: & vi videbunt omnia quemadmodum prodiximus, suum regem: & vi in carnem Domini occurrit paterna lux, & à carne eius nulla veniat in nos, & si homo deueniat in corruptelam, circumdatu paterno lumine: & quoniam verbum, id est, Filius semper cum patre erat, per multa demonstramus.

§. 2. Omnia, comm. Hier. non elementa, sed hi qui per filium accessum habuerunt ad patrem. Beda quoque omnes homines, qui ad patrem accedunt, quod quidem suo modo probandum est. Nam de hominum salute præcipue agitur, nihilo tamen minus ad omnia, quæ per ipsum facta sunt, quaque per ipsum gubernantur, extendenda sunt verba. Omnia etiam à minimo puluisculo usque ad su-

primum angelum ei tra-  
dicta sunt.

## QUESTIO

## Q V A E S T I O II.

An hic ostendatur Christi diuinitas?

§. 1. Nemo nout. Illud: & cui voluerit filium reuelare  
Netiam ad prius membrum est adiiciendum.  
Nemo nout filium, nisi pater, & cui voluerit filius reuelare  
et nos intelligendum. Nullus enim cedit nisi cu-  
ius mentem secretam illustratione pater illuminat. Ge-  
neratio illa eterna nulli nisi reuelatione nota est. Ex  
hoc etiam cognoscitur diuinitas filii, nulla enim crea-  
tura vim reuelandi habet.

§. 2. Bellarm. l. i. c. 7. de Ch. isto, probat eum in-  
uisibilem esse, sicut est & pater. Quinetiam Deum  
inuisibilem, saluatorem, adoratum ab hominibus,  
formidatum a malis spiritibus, quamvis non fuisse  
vitis, probat l. 2. contra heres Irenaeus. Vnde etiam si  
nemo cognoscit Patrem nisi Filius; neque Filium, nisi Pater;  
& quibus Filius reuelauerit; tamen hoc ipsum omnia cognos-  
cent, quando ratio mentibus infixa moueat & reueleret eis,  
quoniam est unus Deus omnium Dominus, & propter hoc Al-  
tissimi & Omnipotens appellatione omnia subiecta sunt; &  
hanc invocationem, etiam ante adventum Domini nostri sal-  
uborent dominos, & a spiritibus nequissimis & demoniis v-  
niuersis & ab uniuersa apostasia. Non quasi vidissent eum  
terreni spiritus aut demones, sed cum scirent quoniam est  
(qui est) super omnia Deus cuius & invocationem tremebant,  
& tremebant uniuersa creatura, & principatus, & poten-  
tia, & omnis subiecta virtus. Aut nanquam bi quibus Romano-  
rum imperio sunt, quamvis nunquam viderint Imperato-  
rem; sed valde & per terram, & per mare separatis ab eo, co-  
gnoscent propter dominium, eum, qui maximam potestatem  
habet principatus? Qui autem super nos erant Angeli, vel ille  
quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipoten-  
tem: quando iam & muta animalia tremant & cedant tali  
invocationi.

§. 3. Irenaeus l. 4. aduersum haereses. Testatur Val-  
entinianos docuisse partem fuisse incognitum, alte-  
num vero cognitum. Et refutat, quia vnuisidemque  
partim cognitus, partim incognitus fuerat. Videns vi-  
cognitus, & invicognitus, & descendit liberare eos.  
Hic enim Filius, qui est Verbum Dei, ab initio praesuebat, non  
indigens Patre Angelis, ut faceret conditionem, & formaret  
hominem proper quem & conditio siebat: neque rursus indi-  
genam ministerio ad fabricationem eorum, qua facta sunt, ad  
dipositionem eorum negotiorum, qua secundum hominem e-  
runt, sed habente copiam & enarrabile ministerium. Mini-  
strat enim ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est Fi-  
lius, & Spiritus Sanctus, verbum & sapientia quibus ser-  
uum, & subiecti sunt omnes Angeli. Vaniguntur sunt, qui  
proper hoc quod dictum est, Nemo agnoscat Patrem, nisi Filius,  
alterum introducunt incognitum Patrem.

§. 4. Diuinitatem Christi ex hac sententia pro-  
bat Bellarmenus l. 3. c. 16. de Christo. Egregie vero Hi-  
latius l. 6. de Trin. Ait: Omnia mihi tradita sunt a patre, &  
nemo nout filium nisi pater, neque patrem quisquam nout  
nisi filius & cui voluerit filius reuelare. Ad id quod dictum est.  
Hic est filius meus, & pater meus, virumque sibi conuenit.  
Nemo nout filium nisi pater, neque patrem quiquam nout  
nisi filius. Non enim nisi per mutuam testificationem cognoscit,  
vel per patrem filius vel per filium pater potuit. Vox est calix est,  
sermo etiam filii est. Tam ignorabilis est filius, quam & pater.  
Omnia ei tradita sunt & in omnibus nihil intelligitur exce-  
ptum. Si potestas ex aquata est, si secretaria cognitionis aquale  
est: si natura in nominibus est: quero quomodo quod vocan-  
tur non sunt, quorum & vi in potestate, & difficultas in co-  
gnitione non differt?

§. 5. Irenaeus etiam inde Valentianos & Gno-  
sticos refutat, varia fingentes portenta numinum:

ter ea matrem, & semen, & ab illis Deum cogni-  
tum. Post deinde, inquit, vel Mater, vel semen, sic cognos-  
cebant & enarrabant ea, quae erant veritatis: Veritas au-  
tem pater. Saluator ergo secundum eos erit mentitus dicens,  
Nemo cognovit Patrem nisi Filius. Si enim cognitus est vel &  
Matre, vel a semine eius; solatum est illud, quod nemo co-  
gnovit Patrem nisi Filius, nisi si semen ipsorum, vel matrem  
renuinem esse dicunt, & vsque hoc quidem per humanas af-  
fectiones, & per id quod similia dicant multis ignorantibus  
Deum, verisimiliter vix sunt abstrahere quosdam attrahen-  
tes per ea, quae affueti sunt, in eum qui est de omnibus ser-  
monem verbi Dei genitum exponentes & veritatis & vite,  
ad huc et am sensus & Dei emissiones obstrictricantes.

§. 6. Cum vero additur, Neminus nosse, nisi cui  
voluerit filius reuelare. Demonstratur fidem non  
esse nisi ex dono Dei, & hanc gratiam efficacem  
non dari omnibus l. 2. de gratia, & libero arbitrio.

## Q V A E S T I O III.

An quia dedit omnia, sit ubique?

§. 1. Brentius & Kemnitius huius loci deputau-  
tione id effice conati sunt. Nam vnoione portentosa  
reali aiunt omnia diuina attributa, omniscientiam  
omnipresentiam communicatam humanitat. Quod  
euertit naturam humanam in Christo, & officia  
mediatoris. Non enim potest humanitas ad Dei-  
tatem euchi. Data sunt ita per communicationem  
idiomaticum, non sunt autem physica commutatione.  
Neque enim natura diuina, neque eius attributum  
eternitas si potuit communicari. Nam humanitas  
Christi ut eterna esse non potuit d. uina eternitate,  
ita nec immensa, infinite increata. Miris autem  
modis le intrinca, qui pro ubique pugnantes,  
veritatem ubique amittunt. Brentius sane docet:  
[ Inter inhabitationem Dei in sanctis & in Christo, &  
hoc V N V M esse discimen, quod Sanctis distri-  
buat sua dona d. uersa, Christo autem immensa: & <  
Christum hominem hoc habere commune cum o-  
mnibus sanctis, quod cum eo Deus personaliter fuit <  
vinitus.] Hic personam dividit cum Nestorio, dum <  
Christum hominem, ait Deo personaliter coniun-  
ctum. Et proprietates confundit cum Eutychete,  
dum Christo data dona immensa, quae de d. uinis at-  
tributis intelligit.

Vetus respondent in colloquio Mompel. Quos-  
dam actus essentiae esse Energeticos, ut sapientia, po-  
tentia, iustitia, misericordia, &c. Alios vero circa  
Deitatis essentiam versari, nec esse energeticos:  
qualia sunt esse ab eterno, & per Essentiam, In-  
finitum, Incorporeum, Immaterialum, & similia,  
qua Humanitati communicata ipse dicunt, quia  
ipsa Deitas communicata est, a qua separari non pos-  
sunt. Ab his autem humanitatem non denominari,  
eo quod non sunt actus perficientes naturam huma-  
nam, sicut in primo ordine commemorata eam per-  
ficiunt, & ab iis denominatur. Quamobrem est  
humana natura habeat communicatam eternam  
& infinitam essentiam, sicut omnipotentiam, non  
tamen infinitam & eternam dici, sicut Omnipotens  
vere dicitur.

Non est sine errore magno tam demens responsio.  
si enim illa communicata sunt humanitati, ita ut hu-  
manitas etiam sit ab eterno, non video quomodo  
non sit Deus, quae est immaterialis & simplex & ab et-  
erno. Cur vero ab his non denominatur? Quia  
non perficiunt inquit. At cur omnipotentia perficit,  
non perficit eternitas, infinitas, simplicitas,  
qua

*Horrenda blasphemia.*

quæ essentialiter sunt idem cum omnipotenti? Vnum si realiter adest, omnia adesse necesse est. Andreas Osiander in disput. de maiestate Christi hominis ait, assumptionem carnis hypostaticam, necessario definiendam esse *exaqueatione humanitatis cum divinitate*, & *exgloria potentia, gloria, maiestate*. Impia igitur thesis est Wirtemb. undecima. [Itaque (propter) vniōnēm personālē & proprietatum communicationē) credimus, Christum etiam secundum humanitatem suam esse omnipotentem, seu (quod idem est) humanam in Christo naturam esse omnipotentem. Scriptura enim Sacra, Christo etiam quas blasphemias, tenus homini, omnem potestatem, (quæ nihil aliud est, quam omnipotenti) tribuit. Omnia (inquit Psaltes) subiecisti sub pedibus eius, Psalm. 8. Et Paulus hunc Davidis locum explicans, inde probat: quod Christo omnia sunt subiecta præter eum, qui subiecit ei omnia 1. Corinth. 15. Ioannes Evangelista inquit: Sciebat Iesus, quod OMNIA IA dedisset ei pater in manus, Ioan. 13. Et Christus ipse (etiam ante passionem suam) dicit: omnia mihi tradita sunt a patre meo, Matth. 11. & post resurrectionem inquit: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, Matth. 28. Huc referuntur sunt etiam miracula Christi, vii. indubitate eius omnipotenti testimonia: Quod taetum mundauit leprosus, vii. cæcis restituit, quod voce sua Lazarum in vitam revocauit: quippe quæ miracula Christus non aliena virtute, (vt Propheta & Apostoli,) sed propria potestate edidit.]

Hanc potestatem nos de rebus creatis administrandis accipimus: Deinde etsi diuina opera Christo tribuantur: aliud est tamen quod operatur divinitas, aliud quod patitur humanitas. Salua est enim virtus substantiae proprietatis, ita Terrullius aduersus Praxeam: Cyrillus de Trin. l. 5. Nyssenus clare, & vere. Neque humana natura Lazarum vivificat, nec deflet iacentem impavidus potentia: sed lacryma quidem hominis est propria, vita autem ea, que vera vita sunt. Eadem Damascen. l. 3. de orthodoxa fidic cap. 15.

Damnamus igitur quod hinc Brentius concludit p. 249. recognit. sive si Christi humanitas in extra maiestatis circumscriberetur loco, non esset praestantior angelis; Loci enim spaciū dignitatis & imperii non est certum documentum.

## VERSUS 20.

*Venite ad me omnes, qui laboratis,  
T onerati estis, & ego reficiam  
vos.*

*Q VÆSTIO I.  
Verene & serio Deus vocet?*

*Gratia cū- §. 1. V*ere, & serio. Hinc enim vocatio gentium & auxilium generale probatur. l. 2. cap. 5. de gratia & lib. arbitrio Bellarm. Ad omnes homines gratia pertinet. peruerse igitur ad paucos restringunt Caluiniani. Piscator. [Abutuntur hoc dicto qui inde volunt probare, Christi gratiam pertinere ad omnes omnino homines, nullo proposito excepto. Etenim Christus gratiam suam hic promittit non omnibus simpliciter hominibus: sed tantum iis omnibus, qui fatigati sunt & onerati, id est, qui sensunt onus peccati & eo cupiunt leuari. Atque his quoque eadem conditione gratiam suam promittit, si ad ipsum venerint, id est, in ipsum credi-

derint.] Idem etiam in coll. cum Vorstio Sed. 123, & 124.

Vocat omnes, omnes, non paucos, & serio falso vult: Non tamē efficit, vt veniant, quod illi gratiam, sequentur sufficientem, benigne oblatam repudiant, virtutis suis indormientes, & tenebrarum amatores, Ioan. cap. 1. v. 19.

Noluit autem iniuris & contemptoribus vitam eternam conferre. Nullum ille præciso decreto a salutem recipit. 1. Timoth. 2. 2. Pet. 3. Horribilis est hic sententia Caluinianorum, quam passim obtrudunt. Recenset suorum errores Nicolaus Greuchouius pag. 48. contra Amechium. [Deus igitur autore Mator, Piscatore, Gomaro, Triglandio, te Smoutio &c. exitio destinat, & ad damnationem creat, qui liber, non propter villam indignitatem, aut infidelitatem, aut alia peccata, sed ex mera voluntate & beneplacito suo: Eosdem porro ut ad damnationem, sic etiam ad causas damnationis ita ordinat, ut non peccare non possint; & postquam peccaverint scilicet tam facile conuerteri possint, quam cœlum digito attingere; sive per naturam, sive per gratiam; nempe, quia Deus non vult ipsos conuertere, sed aduersus oblatam qualemcumque gratia vmbiam pertinaces esse; & quamvis facerent omnia opera sanctorum, non possent tamen salvari: Et hos tamē electionis suæ certos esse iubet (tenetur enim quique credere se electum esse etiam reprobis:) & quamvis verbum suum non destinat in istorum correctionem, sed maiorem condemnationem, tamē à peccatis dehortari serio, vocat, iniurat, obsecratur, ac nullis non blanditatis allicit ad conversionem; quin & iuramento addicit, se nolle existimatum ipsorum, sed ut conuertantur & vivant; atque hoc idem obsignat Sacramento fortis; interim.

*Astatutam rapido seruans sub pectore vulpem.*

Eosdem vult offendere ac labi, quos recta iubet, incedere; non vult autem secundum electionem, quam sibi referuat, illis qui non sunt electi baptizatum prodeſſe, neque per orationes ab Ecclesia pro ipsi factas, benedictionem, quam Christus Ecclœ suæ meruit, impetrari.]

§. 2. Vocant autem *m̄ḡoθ̄p̄p̄o*; gratiani, quo cunque modo, & onerati, hoc enim indicant verba ipsa: *νομῶλες*, lassi, fatigati, laborantes. *νωλασις* illa varie potest accipi: Vel enim afflictione rerum aduersarum, vel gravi peccatorum onere, vel legis ideo premebantur. His opponit Christus suam iugum, & onus leue. Vocat & eos, qui mala sua non sentiunt.

§. 3. Bellarminus de ammissione gratiae & statu peccati.

Quorum enim vocat, si efficaciter operando aures obtundit, & obturat, ne audiant? Quomodo ad peccatum cogit, & impellit, si vocat ad se, ut ingum leue, & suave tollant?

## Q VÆSTIO II.

*An invitatio Christi Pelagianis fauet?*

§. 1. Argumentatio Pelagianorum fuit, Invitat omnes, venire igitur possunt, frustra aliqui invitantur, si mouere pedem non possunt.

Non tamen invitatio Christi blasphemiam contra gratia dona confirmat. Non enim dicit, venire nesci ad me vestris viribus, libero arbitrio, sed venire. Ita Augustinus l. 1. contra duas Epistol. Pelagian. cap. 3. & 4. *Quam multi inimici Christi quotidie subito Dei occulta gratia trahuntur ad Christum. Quod verbum si non ex Euangelio*

gillo posuisse, quoniam de me propter hoc iste dixisset: cum enim nunc oblitus situr non mihi, sed illi qui clamant. Nemo poterit venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum? Non enim ait duxerit, ut illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur, si iam volebat? Et tamen nemo venit nisi vellet? Trahitur ergo mira modis, ut vellet ab illo, qui natus in ipsius hominum cordibus operari, non ut dominus, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex voluntatis sunt.

§. 2. Quælibet primo aduersus heresies Irenæus de Bythi, & Anna, & Achamoth, ex his verbis ipse leges, sive enim risu quam refutatione digniora. Idem Irenæus l. i. contra heres ostendit Valentinianos his verbis abusos, ut Deum quem dicebant patrem veritatis ostensum ad Theogonias enim suas sententiam applicabant. In eo quod appropinquauit ad Ierusalem, plorauit super eam, & dixit: Si cognouissem & tu, hodie qua sunt iniquitatem, abscondit autem sunt a te, per eum sermonem, qui est ab conditus Apocryphon Bythi manifestasse.

Valentiniiani apud Irenæum hunc patrem Christi incognitum probabant, dicentes etiam: Venite ad me omnes, qui laboratis & oneratis, & discite a me, veritatem patrem, annunciate. Et l. 2. c. 19. Non Deum cognitum per matrem, vel semen, ut delirabant Gnostici.

Idem Irenæus verbi Deitatem confirmat. l. 4. c. 14. Rursum autem Verbum suum filius cognoscit Pater: Vt quae autem haec sive habere manifestauit Dominus, & propter hoc filius reuelat agnitionem Patris per suam manifestationem. Agnitus enim Patris est, Filii manifestatio. Omnia enim per Verbum manifestantur. Ut ergo cognoscemus quoniam qui adueniuntur, ipse est qui agnitionem Patris facit credentibus sibi, dicebat discipulis. Nemo cognoscit Patrem nisi Filius; neque Filius nisi Pater, & quibuscumque Filius reuelari potest, dicens semipsum & Patrem, sicut est, ut alterum non recipiat nisi Patrem, nisi eum qui a Filio reuelatur. Hic autem est fabricator cali & terre, quemadmodum ex sermonibus eius ostenditur: & non is qui à Marcione, vel à Valentino, aut à Baslide, aut à Carpocrate, aut Simone, cui reliquias falso cognovimus Gnostici adiuventur est falsus Pater. Nemo enim ilorum Filius fuit Dei, sed Christianus Dominus noster, aduersus quem & contrariam exercent disciplinam incognitum Deum eudentes annunciantur. & cap. 37. Similiter autem & Dominus. Omnia mihi (inquit) tradita sunt a Patrem: manifestab eo qui omnia fecit. Non enim aliena; sed sua tradidit ei. In omnibus autem nihil subtractum est; & propter hoc idem est Iudeus viuentium & mortuorum; habent clavis David: aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperte.

### V E R S U S . 29. & 30.

Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia misericordia sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.

### Q V A E S T I O . I.

Quod iugum Domini?

§. 1. Doctrina, & quæ eius sunt minera, labores, castigationes, iugum dicitur, ita Thren. 3. 9. Ita Rabbini, alias omnis prophetia qua aduersa prædicabantur. Requies Christi non est in desidia, sed in tollendo iugo, ut ex usu veteri homine nouum induatis. Rom. 6. 3. vt in nouitate vita ambulemus, quamvis Adami Conzen in Euang. Tom. I.

igitur dixerit, ἀναπονεῖσθαι quiescere faciam, de quiete tamen non ociola, sed pia & opetum effectrice intelligit.

§. 2. Iugum suave, Syrus ιγύς amabile, id significat etiam ιγύς, quia salutis tantum necessaria, & iugum naturalia habet, praeter pauca sacramenta, hec ipsa gratia, quia gratiam confert, quia lex amoris. Etsi grauia præcipiat, facit tamen gratiam dando omnium leuis. Non igitur lex est impossibilis, iugum enim importabile non esse leuis.

§. 3. Non igitur lex impossibilis, ut Beza putat, cuius verba sunt. [ Illud autem de quo tam multis & differt Erasmus in hunc locum 1. Ioan. 2. & 3. Mān. data eius (inquit) grauia non sunt: quia omne quod genitum est ex Deo, vincit mundum: & haec est victoria, quae vincit mundum, fides nostra. Quisquis vero existimat ideo leuis esse Christi iugum, quod Dei duntaxat amore in & proximi requirat, ille profecto leipsum ignorat, neque etiam quod sit Legis & Euangelii discrimen.]

Verum hunc tum ali, tum vero Bellarm. l. 4. cap. ii. de iustificatione satis refutat. Discere iubet a se, ut simus mites & humiles corde, sic enim iugum nobis leuis erit, sic & suave: Christo enim idcirco tale fuit, quia misericordia & humilis corde fuit:

Μή γάρ διδάσκειν, οὐδὲ διδάσκειν τῷ τρόπῳ.

Μή γάρ μέλειν, τῷ δὲ απωθεῖν χεριά.

Η θρονὸν τοῦ λέγειν, πέταξαι ων δέδει.

Νε καὶ νοῦς δοτενούς, σε δοτενούς μορίους;

Νε καὶ ατταρειη, οὐλα τεινει μανι υιδερεν.

Minus egebit verbis, si que oportet, egerit.

Repugnat itaque illa in expeditio non modo scripturarum, sed toti antiquitatib; quæ facilis præcepta esse docet, ex charitate & gratia; quæ seruantur, non natura; quæ per peccatum depauperata, nititur in vetitum semper, hoc ipso, quod lege constringitur, protecta, iugi impatiens, & perditur libertatis pueriliter auida. Itaque fide, charitate, & alius Dei donis industria condecoratur legi Dei secundum interiorum hominem, qui victor etiam trahit exteriorum.

§. 4. Parens insultat diuinam legi, & Christo, dum enim audit, nos concludentes, Legem Dei seruari posse; quia iugum leuis, & suave, non modo facile, sed etiam iucundè ferri potest, talis est lex Christi. Respondet ideo esse facile & leuis iugum, quia transgressio nostri imputatur; quod perinde est, ac si dicat. Ideo leuis est, & suave, quia non est opus portare.

Respondet Bellarm. Haec solutio nec tollit, nec minuit vim argumenti. Nam imprimis, inquit, vel illa non imputatio tollit obligationem legi, ita ut prevaricator non incurrit reatum; vel tollit reatum ex prævaricatione contractum. Si tollit obligationem, facit, ut lex non sit lex, & iugum non sit iugum: proinde scriptura falso dicaret, legem esse iugum suave & mandata non esse grauia. Si permittit reatum contrahit, sed contractum postea tollit, tunc non facit iugum esse suave, neque omni leue: immo ostendit iugum esse durissimum, & omni grauissimum, quippe quod portari non potest. Certe si boues sub iugo ad singulos passus iugum sus caderent, etiam aratoris industria continuo resurgere non est rent, non tamen propterea dicere ut iugum eorum suave, suave si & omni leue. Domini autem & Apostoli verba indicant, deprimunt, & legem Dei esse iugum quod facile portatur.

Huic vicissim occurrit Parens. [Solutio Augustini & nostra est verissima: Ita dilemmat utraque sequela claudicat. Nam non imputatio peccati tollit obligationem legis, non absolute, quæ lex dominans, quoniam lex fideles, quibus Deus non imputat peccata, non potest propter non impletam legem obligare ad damnationem. Manet igitur iugum,

Suaueius, „gum, sed non premens. Tollit etiam reatum contrarium, nec ideo ingum legis facit durissimum; sed si uniuersus, „delibus, quod propter suam infirmitatem erat gravissimum, facit suauissimum duplicitate nomine: tum quia non, „quia Deus modicam eorum obedientiam quasi plenam acceptat in Christo; tum quia defectus propter eundem condonat. Aratoris exemplum assumit falsum, quod lex Moysis fit iugum Christi, & vere agreste est, immo hereticum. Agreste, quia fideles faci boves, sub iugo durissimo anhelantes: hereticum, quia fingit fideles sub iugo Christi nunquam labentes, & per hoc impeccabiles cum Pelagio. Quia si aratoris bonitate, vel ita corroborarent boves, vel dextra eius ita sibleuerunt iugum, vi facile ferant, & raro celpit, id sane iugum bobus minime durissimum, sed leue diceretur.]

*Bellarmin  
à calunia  
vindica-  
tus.*

Multa fallo & contumeliose congerit in virum sanctissimum. Non sunt enim eius scripta Pelagiana. Pelagius enim & Cœlestius mandata facilia finiebant, quod proprio libero arbitrio facile seruari possent: hoc Hieronymus & Bellarmius refutant.

Hoc enim agitur Epistola ad Ktesiph. Fraudulenter pretendit, ut Dei gratiam ad conditionem hominis referas. & non in singulis operibus auxilium Dei requiras: ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere, & cum Dei contemnas administraculum, hominum queras auxilia. & Injuriam tibi fieri putas, & destrui arbitrii libertatem, si ad Deum semper auctorem recurras, si ex illis pendas voluntate, & dicas: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euaset de laqueo pedes meos? Vnde & audes lingua proferre temeraria, vnumquemque arbitrio suo regi? Si vero arbitrii regitur, ubi est auxilium Dei? Si Christo rectore non indiget, quomodo scribit Hieremias: Non est in homine via eius, & a Domino gressus hominis dirigitur? Facilia dicta Dei esse mandata, & tamen nullum proserre potes, qui vniuersa compleuerit. Responde mihi: Facilia sunt an difficilia? Si facilia, profer qui ea compleuerit, & cur David in Psalmo canat: Quid fingis laborem in precepto?

Pelagius legem in adiutorium datam, & gratiae vicem dicebat implere: sic in cap. 25. Ierem. Sin autem, ut noui ex veteribus hereticis volunt, lex semel in adiutorium data est & constituta præcepta, que nostri arbitrii voluntate vel facimus vel non facimus, quoniam prophetæ se semper ingerit & quotidie replicat mandata Dei, que vtique semel accepta, sufficerant eis quibus fuerant data: nisi ut hoc ostendat, Dei nos semper indigere auxilio: & nuncquam posse sufficere, quod semel datum est: nisi quorale Domini admonitione renouerit: Augustinus de perfecti iustitia contra Cœlestium agit, ostenditque neminem suis sine peccato: Quod nos quoque concedimus, nec inde sequitur legem possibilem non esse. Si enim possibilis non est, sine peccato violare, Porro quod ait mandata Dei filii Dei molesta non esse, verum est, si sensu Catholicō intelligatur. Charitatem & gratia molesta non sunt, lege enim dilectantur. Imo lex illis posita non est, si ex gratia faciunt ea quæ legis sunt. Quod si molesta haec gat, quia non obligat, iam aliam in heresim Anomorum migrat. Sanctus Augustinus de perfecti iustitia cap. 8. quo toto capite sententiam Catholicam asserit, quod caput pro commentario huius loci apponere libuit.

*Tessi Cá-  
tholica  
sententia  
Augsti-  
nus.*

Deinde instituit diuinum testimoniis agere quod intendit. Quod quale sit diligenter aduertamus. Testimonia, inquit, quibus probatur præceptum esse homini ut absque peccato sit, ad hoc respondemus: Non virum præceptum sit, queritur, quod valde manifestum est, sed ipsum quod præceptum esse constat, utrum in corpore mortis huius possit impletus, ubi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-

nem, ut non ex qua volumus faciamus. De quo corporis mortis huius non omnis liberatur, qui sunt hanc vitam, sed qui in hac vita suscepit gratiam, & ne in vanum suscipiat, vanis operibus egreditur. Aliud est enim exire de hoc corpore, quod omnes homines die vita huius ultimus cogit: aliud est autem liberari de corpore mortis huius quod sola Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, sanctis & fideliis ei imperit. Post hanc autem vitam merces perficiens reddatur, sed eis tantum, à quibus in hac vita eiusdem mercede meritorum comparatur. Non enim ad saturitatem iustitia, cum dñe exerit quisque peruenies, nisi ad eam cum hic est, elutendo & stiende curcuerit. Beati quippe qui esurient & sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur. Quandiu ergo pergeant a Deo per fidem ambulamus, non per speciem, unde dictum est, Iustus ex fide visitat) hoc est nostra ipsa pergeantio iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque induatur, ubi in specie decoris eius iam plena & perfecta charitatis, num ipsius cursus rectitudine & perfectione tendamus, castigando corpus nostrum, & seruitutis subiiciendo, & elemosynas in dandis beneficis & dimittendis, que in nos sunt commissa peccatis hilariter & ex corde faciendo & orationibus, indesinenter ostendendo, & hoc faciendo in doctrina sana, qui adficiatur fides recta, spes firma, charitas firma. Hacce nam nostra iustitia, qua currimus, esurientes & sitientes ad perfectionem plenitudinemque teat postea saturabuntur. Unde dominus in Euangeliō cum dixisset, Nolite sacerdotium eorum, hominibus, ut rideamini ab eis, ne istum nostrum consum fine humanae glorie metremur, non est in expositione iustitia ipsius executus, nisi tria ista triuimur, elemosynas, rationes: levius scilicet vniuersam corporis castigationem significans, elemosynas omnem benevolentiam & beneficiam, vel dandi velignosendi; oratione iustinationis omnigularis sancti desiderij: ut quoniam in castigatione corporis natura concupiscentia, qua non frenari, sed omnino esse non debet, nec erit in illa perfectione iustitia, ubi nullum erit omnium peccatum, & sepe in vsu rerum etiam concessuram, atque latitum exercit immoderationem suam: in ipsa vero beneficiorum tria quae iustus consulit proximo, quedam sunt quae obicit cum prodesse puras sint; & aliquando per infirmitatem, vel cum minus sufficitur necessitatibus aliorum, vel parum invenit proficit quod benignitas ac labore impeditur, surripit tempus, quo suscitur hilaritas, in qua daturum diligit deum. Surrexit autem tanto magis, quanto minus quaque, & tantumminus, quanto magis procerus. His atque huius medietate consideratis meritis orationes dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimicimus debitoribus nostris: si tamen quod dicimus, faciamus, ut vel ipsi etiam diligentur in nobis, vel si quisquam adhuc in Christo paruuimus hoc nondum fecerit; penitentiam tamem, quod in eum cum quisque peccatum & veniam perire ex intimo cordis ignoscat, si vnde ut eius orationem patet celestis excedat. In qua oratione si convenienter sollemnis, satis nobis propostum speculum est, vbi in glorifica vita iustorum, qui ex fide vivunt, & perfecte currunt, quibus sine peccato non sint. Vnde dicunt, dimite nobis, quia nondum quo curritur peruenierunt. Hinc dicit apostolus, Non quia iam acceptemus, aut iam perfectus sumus, fratres, ergo arbitror non apprehendisse; Vnum autem que retro sumus, in ea que ante sunt extenuis, secundum intentionem, non ad palmarum superne vocacionis dei, in Christo loqui. Quotquot ergo perfecti hoc sapimus: id est, quotquot perficiuntur, ut etiam in tribus major est, non aut retrorsus augebitur, sed impletetur, contemplata quod credidit, & quod sperat indepta. In qua plenitudine charitatis præceptum illud impletbitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.

Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentia, quod vel continendo frenetur, non ex oruni modo ex tota anima diligatur Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupisicit. Tunc erit iustus sine vlo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius; Sed proflus toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum, quod est primum summumque preceptum. Cur ergo non precipierur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullus preceptum ostendetur? Sic ergo curramus, ut comprehendamus. Omnes enim qui recte currunt, comprehendunt; Non sicut in agone theatrale, omnes quidem currunt, sed unus accipit palmarum. Curimus credendo, sperando, desiderando; currimus corporis castigando, & elemosynas in dandis bonis, malisque ingensendo, hilariter & ex corde faciendo, & currentium vires ut adiuventur orando, & sic audiuntur praecpta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis.

Non igitur cum Augustino lis est nobis, sed illi lis, qui nos calumniantur, Augustini dicta depravant. Absit ut dicat Augustinus, ideo legem non esse grauem, quia lex non possit obligare ad damnationem fideles. Itaque simpliciter lege non tenentur. Qui non potest eos lex damnare, non ergo iudicare, liberi igitur sunt a lege. Tollit enim reatum contractum, quod non est aliud, quam siue culpa posse legem violare.

S. 5. Non sufficit fides, oportet tollere iugum. Qui frui, inquit Piscator, voluntarie ex fide, illos oportet super se tollere iugum Christi: id est, obediens obediens præceptis ipsius: ut scilicet diligent Deum proximum & proximum. Nam sic demum certi erunt, se vera fide esse prædictos. Et deinde. Ut obedientiam præstat te possimus mandatis Dei: in primis nobis opus est mansuetudine & humilitate, seu demissione animi.

Quarum illa facit ut diligamus proximum: ista vero ut recte colamus Deum.

Aratus exemplum ageret non est; Nam Calvinistas propriis illis comparare fas est, qui semper legem violant, omni opere peccant, nectamen illis imputatur, sed ubi ceciderint continuo resurgent. Paulus ministros Euangelii bobus comparat, & Moses olim sine rusticitate suspicione id potuit. Christus enim iubet suos prudentes esse, ut terpentes, non ignarus quid Calvinistæ ea de re iudicaturi essent. Quam vero insignis calumnia sit, Bellarmine fingere fideles sub iugo Christi nunquam labentes, sed impeccabiles, totus liber Bellarmini edocet, immo totus tomus quartus, in quo id nunquam dicit Bellarmine, sed millies contrarium.

S. 6. Athanasius contra Arianos. Ut enim mansuetudinem de se docuit his verbis. Disceite a me quod mitis sum & humili corde: non quidem ut coquemur illi, quem hoc sit impossibile: sed ut in eum respiciens, mansueti perseveremus in omni tempore, ita & iſhic volens, nos vero, & firmo, & indissolubili inuicem affectu conciliatos esse, ex se emutatus est exemplum.

Quis vero mansuetus dicendus, exponit S. Basilius in Psal. 33 quem Lector consulat. Porro mansuetudinem marer et charitas, ferocitatem gignit odium. Mansuetæ ferarum sponte vincula subeunt, at indomita contra nitentem, & moribus ferrum impetendo, suam ipsæ feritatem puniunt.

Quæsiuit Augustinus Serm. 9. & 10. de verbis Domini; cur facile iugum, cum adeo graria imperentur? Sed omnia ad caritatem referunt, quæ iugum leue efficit, ea enim per Christum diffusa est in cordibus nostris.

Hinc etiam merito reprehenduntur, qui Ecclesiam seruilibus operibus premunt, de quibus August. Epist. 119. ad Iauan. 18.

## C A P V T XII.

**I**n illo tempore abiit Iesus per satu Sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere plicas & manducare. 2. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tuis faciunt quod non licet facere sabbatis. 3. At ille dixit eis: Non legistis, quid fecerit David, quando esuruit, & quicum eo erant? 4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licet habere ei edere, neque hic, quicum eo erant, nisi solis sacerdotibus? 5. Aut non legistis in templo maior est hic. 7. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes: 8. Dominus enim est filius hominis etiam Sabbathi. 9. Et cum inde transisset, venit in Synagogam eorum. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes. Si licet Sabbathis curare: ut accusarent eum. 11. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat orem unam, & si ceciderit hæc Sabbathis in foueam, nonne tenebit, & levabit eam? 12. Quanto magis melior est homo oꝝ? Itaque licet Sabbathis benefacere. 13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera. 14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. 15. Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit omnes. 16. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent. 17. Ut adimpleretur quod dictum est per Iosaram Prophetam, dicentem: 18. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea. Ponam Spiritum meum super eum, & iudicium genitibus nunciabit. 19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: 20. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium: 21. Et in nomine eius Gentes sperabunt. 22. Tunc oblatus est ei ammonium habens, cœcus, & mutus, & curauit eum ita ut loqueretur, & videret. 23. Et stupabant omnes turba, & dicebant: Nunquid hic est filius David? 24. Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non estic demones nisi in Beelzebub principe demoniorum. 15. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuinum contra se, defolabitur: & omnis ciuitas, vel domus divisæ contra se, non stabit. 26. Et si satanas satanam eiicit, aduersus se dinus est: quonodo ergo stabit regnum eius? 27. Et si ego in Beelzebub eiicio demones, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestiri erunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.